Sum ex libris
J. F. Ruppelii.

7 XV

fit omnes
ex.

Dr. Schulin.

CASPARI MANZII J.C.

TRACTATVS

DE

ADVOCATIS.

PROCVRATORIBVS.

DEFENSORIBVS.

SYNDICIS, &

NEGOTIORVM GESTORIBVS.

Cum Appendice.

DE CALVMNIATORIBVS ET INFAMIBVS

PUBLICE PRÆLECTVS

In Electorali Universitate Jngolstadiana.

IN EXPLICATIONE LIBRI III. DIGESTORVM

Nunc autem cum licentia Superiorum excusus.

Sumptibus JOANNIS WEH *Bibliopolæ Augustani.*

INGOLSTADII.

Typis JOANNIS OSTERMAYERI.

ANNO M. DC. LIX.

SERENISSIMO
BOHEMIÆ REGI
GLORIOSISSIMO
MARTYRI
S. VVENCESLAO
IMPII FRATRIS DEXTERA IVGVLATO

In Dania Miraculis.
In Bohemia Victorijs.
In Bavaria Beneficijs claro.

LAVTERBACENSI MAGNO PATRONO,

ÆGROTANTIVM REFVGIO,
AD FONTEM SALUTIS ACCURRENTIUM SOLATIO,
CONVALESCENTIUM GAUDIO.

Hoc pietatis & gratitudinis monumentum ponit

Libelli Author.

INDEX QVÆSTIONVM

TITVLVS I.

De postulantibus in genere.

TITVLVS II.

De Advocatis.

Ti-

Titulus III,
De Procuratoribus.

40. *Ad*

TITVLVS IV.

De Defensoribus.

9. *Qui-*

TITVLVS V.

De Syndicis.

5. Vt-

19. *An*

TITVLVS VI

De negotiorum gestoribus.

detur

TITVLVS VII.

De calumniatoribus.

TITVLVS VIII
De Infamibus.

APPROBATIO THEOLOGICA.

Tractatus iste de Advocatis, Procuratoribus, Defensoribus, Syndicis, & negotiorum Gestoribus, cum Appendice sua de Calumniatoribus & Infamibus methodicè & dilucidè admodum conscriptus, fidei aut bonis moribus nec quidquam repugnat; imò verò cum ob egregiam eruditionem, tùm ob utilissimæ materiæ, quam explicat, in foro frequentiam maximo plurimorum bono & commodo, in lucem prodidit. Ingolstadij, die 5. Februarij Anno 1659.

JOANN. OSWALDVS à ZIMMERN, SS. SCRIPturæ Professor Ordinarius, J. V. L. Pro Cancellarius Academicus, & nunc Inclyti Collegij Theologici Decanus, &c.

Distri-

Distributio operis.

IN hoc opusculo tractabimus de ijs, qui res, causas, & negotia aliena, vel privatorum, vel communitatum, in & extra judicium gerunt, & agunt. Qui in judicijs nomine alieno versantur, dicuntur *postulare*, vnde præmittendus Titulus *de postulando* in genere. Ex ijs, qui postulant, alij causas privatas agunt, & litigantibus patrocinium ita præstant, ut jura suggerant, & merita causarum allegent, sicuti *Advoti*, qui alio nomine *causarum patroni* vocantur, de quibus *Tit. 2.* alij necdum ministerium præstant, & quidem, vel cum mandato, ubi *Procuratores*, de quibus *Tit. 3.* vel sine mandato, uti *defensores*, de quibus *Tit. 4.* alij publicâ authoritate pro tota universitate interveniunt, & nomine illius vel agunt, vel conveniuntur, quos solemus *Syndicos* vocare, de quibus *Tit. 5.* Præter illos, qui ex consti-

tutione, & mandato Dominorũ, res alienas procurant, vel qui ipsis scientibus constituuntur, alij sunt procuratores voluntarij, qui se negotijs alienis ultrò offerunt, absentium & ignorantium negotia gerunt, qui *negotiorum gestores* dicuntur, de quibus *tit 6*. Sed quia postulantium alij bonâ fide, alij calumniosè postulant, ideo *tit 7* appendicis loco de *calumniatoribus*, & eorum pœna agitur. Et quia *infames* postulare non possunt, etsi maximè vellent, ideo ad extremum de causis, ob quas irrogatur infamia, & de personis, quæ notantur infamiâ plenius compilatores juris sub uno Titulo agere voluerunt. Quibus nos ultimum locum melioris ordinis gratiâ, atque ea de causa assignavimus, quia non decet infames viris honestis præferre. Hæc est summa libri tertij Digestorum, quem in hoc opusculo elucidare, & more nostro propositis quæstionibus, & allatis distinctis responsionibus methodicè declarare constituimus.

Ti-

TITVLVS. I.

De Postulantibus in Genere.

SVMMARIA.

1. *Quid sit postulare?*
2. *Quotuplex postulatio.*
3. *Postulare, advocare, & procurare quomodo differant? & quinam advocati?*
4. *An omnes, qui volunt, postulare possint?*
5. *Edictum pratoris prohibitivum, ejúsque ratio.*
6. *In primo ordine prohibiti pro se & alijs, postulare.*
7. *Minorennes, surdi*
8. *Prohibiti in secundo ordine postulare pro alijs.*
9. *Fæminæ.* 10. *Cæci.*
(11. *an judices & magistratus dari possint?*)
12. *Turpes personæ.*
13. *Prohibiti in tertio ordine.*
14. *Infames an possint esse tutores, & curatores?*
15. *An prohibiti, parte adversâ permittente, postulare possint?*
16. *Prohibiti SenatûsConsulto.*
17. *Prohibiti lege.*
18. *Prohibiti judicis sententiâ.*

19. Limitationes. 20. 21. 22. 23.
24. Non prohibiti postulare possunt.
25. Quid si aliquis de facto contra prohibitionem postulet?

1 VÆRITVR † PRIMÒ: quid sit postulare? ad hoc respondet Vlpianus *in L. 1. §. 2. ff. de postulando*: postulare est desiderium suum, vel amici sui, in jure, apud eum, qui jurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere, *adde L. 4 §. hoc autem 8. ff. damni infecti.* Paulò aliter Cuiacius *hic*: postulare, inquit, est pro tribunali petere, per se, vel per advocatum, procuratorem, defensorem, tutorem, curatorem, *d. l. 4.* vel aliquid in judicio allegare, *L. 1. §. 7. v. his igitur ff. h. T.* ut ita tam *actio*, quã *exceptio* postulationis verbo contineatur, *Pacius h. n. 3.* Nam & qui contradicit, vel excipit, postulat aliquid, quia in effectu se petit à postulatione adversarij absolvi, *VVesenb. h. n. 2. in fin.* successu temporis verbum *postulandi* pro advocatione usurpari cæptum est, *t. t. C. de postul. L. 1. §. 4. ff. eod.* Wesenb. *d. n. 2.* Rossbach. *prax. civ. tit. de advocatis, 18. n. 2. in fin.* Steinhus. *h. n. 2.*

QVÆ-

QVÆRITVR † SECVNDÒ: quotuplex sit postulatio, & quot modis soleat postulari? adhoc Respondetur varijs modis. Quidam enim *pro se* postulant, qui proinde *Domini litis* vocantur: quidam *pro alijs*, uti advocati, procuratores, tutores, curatores, Syndici, & administratores, &c. ut ita verbum *postulandi* latius pateat. *Postulare* enim † quisque dicitur in judicio, sive suo nomine quid petat, sive alieno: *advocare*, qui pro alio in judicio intercedit, ut ita advocati sint causarum patroni, qui in judicio pro alijs postulant, *L. quicquid 5. C. de advoc. divers. jud.* Rosbach. *n. 1.* & alio nomine causidici, Togati, oratores, appellantur; *Pacius h. n. 3.* *Procurare*, qui curam alienorum negotiorum, tam judicialium, quam extra judicialium gerit, Wesenb. *h. n. 2.* ubi notat. procurare magis privatum officium, postulare autem publicum denotare. Procuratoris vile munus censetur, *arg. L. si quis. 34. C. de decurion.* *VVesenb. n. 4. ff. de procurat.* quia nudum ministerium præstat; advocati verò officium nobile, *Mynsinger Centu 4. obs. 32.* quia jura suggerit, & patrocinium litigantibus præstat, eáque quæ in judicio

2 (margin, at line 1)
3 (margin, at "Postulare enim")

exequenda sunt, procuratori demandat, *vide L. 1. §. in honorarijs. 10. ff. de var. & extraord: cognit.* Unde dicitur vir authoritate & existimatione gravis, cujus merita ipsum in foro nobilissimum faciunt, *L. providendum 7. C. de postulando.* plenius eum describit Rosbach. *loc. cit. n. 1.* ubi videatur. Multis etiam encomijs advocatos prædicant Impp. Leo & Anthemi⁹ *in L. advocati. 14. C. de advocat. diverso: Iudic* Quæ digna est tota legi. Plura de his differentijs. *vide tit. 3. n. 11. & seqq.*

4 QVÆRITVR † TERTIÒ: an omnes, qui volunt, postulare possint? Ad hoc Respondetur, quod non. Nam postulare aliqui prohibentur edicto prætoris, quidam lege, quidam SenatûsConsulto, quidam sententiâ judicis. In primis enim prætor suæ dignitatis tuendæ, & decoris sui causâ prohibuit, ne quis sine delectu ad postulandum admitteretur, ea prop-
5 ter † edictum proposuit, quo tres hominum ordines complexus est, quosdam in totum postulare prohibuit, quibusdam pro se permisit, quibusdam pro se, & pro certis duntaxat personis *L. 1. in pr. ff. h. T.* idque ideo, ut dignitas & reverentia magistratûs conservetur, cui quodammodo

modo ad circumfluentem turbam ignominiosum est, si turpes & improbi sycophantæ, atque Phormiones, coram eo impudenter altercentur, *VVesenb. h. n. 7. Iul. Pac. n. 4.*

6 QVÆRITVR † QVARTÒ quinam in primo ordine edicti comprehendantur, & tam pro se, quam pro alijs postulare prohibeantur? adhoc Respondetur, in primis minores 17. annis, *L. 1. §. 3. ff. h. T.* Ratio; quia adhuc infirmum judicium in ijs, qui ad plenam pubertatem nondum pervenerunt, deprehenditur, *Rosbach loc. cit. n 3.* post completum autem decimum septimum annum postulare permisit: quia moderatam hanc ætatem ratus est ad procedendum in publicum, quâ ætate, aut paulò majore fertur Nerva filius etiam publicè de jure responsitasse, *L. 1. §. 3. h. T.* Hi ergo prohibentur propter ætatem & pueritiam. Alij † autem prohibentur propter casum, uti surdi, qui prorsus non audiunt, 7 *L. 1. §. 3. versic. propter casum ff. h. T.* ubi Ulpianus rationem reddit; quia non erat permittendum ei postulare, qui jussum vel decretum prætoris non exaudit, quod etiam ipsi erat periculosum futu-

rum. Nam non exaudito decreto prætoris facile potuisset, quasi non obtemperâsset, ut contumax pænâ aliquâ plecti.

8 QVÆRITVR † QVINTÒ: Quinam in secundo ordine edicti tantùm pro alijs postulare prohibeantur? ad hoc Respond. Vlp. *d. L. 1. §. 4. ff. h. T.* in hoc ordine prætorem excepisse sexum, & casum, item turpitudinem notabilem personarum. Propter sexum † prohibentur fæ-

9 minæ pro alijs postulare, & ratio quidē prohibendi erat, ne contra pudicitiam sexui congruentem alienis causis se se immisceant, & ne virilibus officijs fungantur mulieres, *d. L. 1. §. 5. ff. h. T.* ubi Ulpianus refert, causam huic prohibitioni dedisse Carfaniam improbissimam fæminam, quæ inverecundè postulans magistratum inquietavit. Quibus Wesenb. & Rosbach. *n. 4.* addunt: Quod non tantùm virile officium sit alienæ causæ præesse, intercedere, & patrocinari, *L. alienam 18. C. de procurat. L. neques 7. ff. eod. L. non distinguemus 32. §. 2. ff. de recept.* verùm etiam civile, & quodammodo publicum, *arg. L. 2. v. postulare ff de R. I.* officia autem publica & civilia virorum sunt, non mulierum, *d. L.*

2. L.

2. *L. 1. C. quando mulier.* quod in tantum extendunt, ut ne pro Liberis quidem propriis in judicio admittantur ad postulandum, *L. liberto 31. §. quamquam 6. ff de negot. gest.*

Propter † casum pro alijs prohibetur postulare cæcus, utrisque luminibus orbatus, eò quod insignia magistratûs videre, & dignitatem revereri nequeat, *d. L. 1. §. 4. ff. h. T.* Quamvis autem cæcus pro alio postulare nequeat, neque magistratum de novo suscipere, & inire possit; judex tamen dari potest, *L. cæcus 6. ff. de judicijs C.* nam judicia & judicandi facultas olim etiam privatis à prætore mandabantur, *L. ult. ff. de off. ejus cui mand.* Rationem † diversitatis tradit Duar. *lib. 1. Disput. c. 23.* quia in judice privato nihil aliud, quam judicium, prudentiam, doctrinam, requirimus: in magistratu verò præter hæc omnia decoris & splendoris habenda est ratio, *Steinhus. h. 5.* nam aliud erat magistratuũ dignitas, aliud judicandi potestas, *arg. L. cum prætor. 12. ff. de judicijs* putat tamen Bachov. *n. 4. in notis ad VVesenbec.* cœcum non posse dari judicem de jure Codicis, quia *in L. 2. C. de sent. ex brevic.* 10 11

recit, jubetur judex sententiam ex scripto legere Quamvis autem cæcus ad novum magistratum aspirare non possit: cæptum tamen magistratũ retinere potest, *L. 1. §. 5. ff. h. T.*

12 Excipit † etiam in hoc ordine prætor personas quasdam insigni turpitudine deformatas, uti sunt illi, qui corpore suo muliebria passi sunt, (dummodo non vi prædonum, vel hostium stuprati sint, illi enim non debent notari) item qui capitali crimine damnati sunt, non debent pro alio postulare, *L. 1. §. 6. ff. h. T.* sicut nec damnati de calumnia judicio publico nec illi, qui operas suas, ut cum bestijs in arena depugnarent, locaverint, *d. §. 6.* ubi Vlpianus hoc plenius declarat, & addit: quod hæ personæ, quæ pro mercede, & non virtutis causâ cum bestiis pugnârunt, pro se postulare possint, non pro aliis; nisi tutelam, vel curam aliquam gesserint, tunc enim pro suis pupillis vel adultis postulare possunt, *d. L. 1. §. 7. & L. 6. ff. h. T.* ubi idem Vlp. putat, omnes, qui necessario officio funguntur, posse sine offensa edicti postulare, licet aliâs non nisi pro se postulare possint, veluti pro pupillo, furio-

furioso, fatuo, &c. *L. 1. in fin. cum L. seq. ff. h. T. Rosbach. h. n. 6.*

QVÆRITVR † SEXTÒ: Quinam in 13
tertio ordine edicti prohibeantur postulare? adhoc Respondetur: Quod illi, qui aliâ, non tamen insigni, vel singulari aliquâ Iuris infamiâ sunt notati, hi enim pro se & aliis postulare possunt, non tamen pro omnibus, sed tantùm pro certis quibusdam personis v. g. pro liberis, parentibus, fratre, sorore, uxore, socero, genero, nuru, vitrico, noverca, privigno, patrono, patrona eorúmque liberis (de quibus sub titulo *de in jus voc.* dictum est) aliísque coniunctis, forte ad quartum usque gradum item pro personis, quarum tutelam, curationemvé gerunt, utpote pro pupillo, furioso, fatuo. *L. 1. §. fin. cum LL. seqq. ff. h. T. VVesenb. h. n. 4 Rosbach. n. 6. Steinhus. n. 5.* Pro aliis autem personis, quæ edicto comprehensæ non sunt, postulare hic ordo prohibetur, *Wes. loc. cit.* ubi infert: quod
† infames tutelam, curationemvé alienam gerere possint, cum ex edicto pro 14
pupillis & minoribus ad postulandum admittantur.

Quos † autem prætor prohibet apud 15
se

ſe poſtulare, eos in tantum arcet, ut non admittantur, etiamſi adverſarius eos patiatur poſtulare, *L. 7. ff. h. T.* Rationem reddit Weſenb. *n. 4. in fin.* Quia ſicuti ea, quæ publici juris ſunt; ita quoq; prohibitio poſtulationis, quæ præcipuè ob dignitatem publicam magiſtratûs conſervandam inſtituta eſt, non poteſt privatâ conventione litigatorum convelli, *per L. jus publicum. 38. ff. de pactis.* paulò aliter Steinhuſ. *h. in f.* quia prohibitio profecta eſt non ex privata, ſed publica cauſa, decoris Scil: & Iuris publici conſervandi gratiâ, *L. 1. ff. h. T.*

16 QVÆRITVR † SEPTIMO: Quinam prohibeantur poſtulare SC.to? ad hoc Reſpondetur, quod SC.to etiam apud pedaneos judices poſtulare prohibeantur inſigni turpitudine notati, utpote de calumnia judicio publico damnati, & qui operas ſuas, ut cum beſtijs decertarent, locaverint, *L. 1. § removet. 6. ff. h. T.* Ratio: quia edictum & prohibitio prætoris pertinebat tantùm ad poſtulationes, quæ fiebant coram ordinariis ſuperioribus magiſtratibus, qui pro tribunali jus dicebant, non ad judices pedaneos, quibus, utpote privatis, non tan-

ta

ta debebatur reverentia, Wesenb. *h. n. 4.* ubi notat, cum edictum prætoris hodie sit in Corpus juris redactum, ideo ejus prohibitionem peræque valere in judicibus pedaneis, & delegatis, atque in ordinariis.

QVÆRITVR † OCTAVÒ: Quinam prohibeantur lege pro aliis postulare? vel jure civili? ad hoc Respondetur, inprimis judex & arbiter in ea causa, in qua judicaturi sunt, quia inter arbitros & patronos oportet esse delectum, ideo nemo potest esse in eodem negotio judex & advocatus, *L. quisquis. 6. C. de postulando VVesenb. h. n. 5. Rosbach. loc. cit. n. 5.* 17

DEINDE postulare prohibentur hæretici, *L. f. C. eodem.* nisi forte pro se aut coniunctis agant, *arg. c. 1. & c. f. ext. de postul.* quod tamen dubium recipit.

TERTIÒ potentiores aliis patrocinium præstare non possunt, *tot. tit. Cod. ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præstare, vel actiones in se transferre.*

QVARTÒ nec fiscus, aut civitates, *tot. tit. C. ne fiscus vel respublica procurationem alicui patrocinij causâ in lite præstet.*

QVINTÒ nec Libertus contra patronum,

tronum, *L. 2. ubi Dd. C. h. T. VVesenb. & Rosbach. loc. cit.*

Sextò nec Vasállus contra Dominum, *gl. in C. 1. §. item v. perdit, quæ fuit prima causa beneſ. amitt. ijd. ibid.*

Denique omnes illi, qui non habent legitimam personam standi in judicio, de quibus *toto tit. C. qui legit. perſ. standi Iul. Dac. h. n. 4. VVesenb. loc. cit. Rosbach. n. 8.*

18 Qvaeritvr † Nonò: Quinam prohibeantur postulare judicis sententia? ad hoc Respondetur, illi advocati, aut procuratores, quibus judex ob contumaciam, vel ob aliam causam vel delictum, postulatione interdixit, vel ad certum tempus, vel in perpetuum, *L. moris. 9. in pr. ff. de pænis. L. 1. C. h. T. L. 6. §. 1. L. 8. ff. eodem.* Idem censendum est de iis, qui sententiâ judicis relegati sunt, aut alioquin in civitate, vel in curia esse prohibentur, tunc enim in consequentiam jus postulandi prohibitum esse censetur, *arg. L. 8. §. divus ff. h. T.*

19 Hoc tamen † Limitatvr Primò: ut ad tempus, *v. g.* in quinquennium prohibitus post quinquennium postulare non prohibeatur; *L. 8. in pr. ff. h. T.*

vide

vide de hoc plura apud Besoldum *in delibatis h. q. 3. per tot. h. T. depostulando.*

LIMITATUR † SECUNDO: ut si præses, 20
vel alius magistratus, apud se postulare prohibuit, apud successorem saltem ejus postulare possit, *L. 6. §. 1. ff. h. T. d. L. moris. 9 in pr.* secus si perpetuò, vel indefinitè fuerit prohibitus.

LIMITATUR † TERTIO: ut ab exilio 21
reversus postulare possit, ne scilicet pæna tempore determinata contra sententiæ mentem ulterius porrigatur, *L. 8. §. 1. h. T.*

LIMITATUR † QUARTO: ut à præside prohibitus vel interdictus in ea tantùm provincia pro alijs non rectè postulet, in qua præses fuit, qui sententiam dixit, in alia verò postulare non prohibeatur, *L. ex ea 9. ff. h. T.* nisi ex ea causa prohibitus sit, quæ infamiam irrogat, tunc enim jus pro omnibus postulandi auffertur, *d. L. 9.* 22

LIMITATUR † QUINTO, ut postulare prohibiti non prohibeantur consilio, scripturis, aut aliis privatis actionibus, & suggestionibus causæ litigatorum extra judicium inservire, *VVesenb. h. n. 5.* vide de hoc plura apud Besoldum *loc. cit. q. 2. per tot.* 23

Et

24 Et hi † ſunt, qui poſtulare prohibentur, reliqui omnes, qui non prohibentur, poſtulare poſſunt, *VVeſenb. n. 4. Rosbach. n. 3.* quia poſtulatio eſt de genere permiſſorum, *arg. L. mutus 43. ff. de procurat.* Ergo expreſsè non prohibiti cenſentur admiſſi, *L. 1. ff. de teſtib. L. 12. in pr. ff. de judicijs.*

25 QVÆRITVR † DECIMÒ: Quid juris ſit, ſi aliquis de facto contra prohibitionem poſtulet? ad hoc Reſpondet Ulpian. *in L. 1. § 7. h. T.* ſi quis adverſus ea fecerit, non ſolùm à poſtulando repellitur, ſed etiam extra ordinẽ, arbitrio judicis, pecuniaria pænâ mulctatur, Jul. Dac. *h. n. 4. in fin.* Weſenb. *h. n. 7.* ubi Rationem reddit: nam quotieſcunque lex aliquid prohibet, nec adijcit certam pænam, quæ contra venienti irrogetur, toties pœna arbitrio judicis commiſſa intelligitur.

TI-

TITVLVS II.

De Advocatis.

SVMMARIA.

1. *Quinam constituant advocatos?*
2. *Iudicis officium in dandis advocatis.*
3. *Utrum quis invitus cogatur patrocinari?*
4. *Ratio.* 5. *Limitatio.* 6. *an gratis?* 7. *& quando?* 8. *Quamdiu?* 9. *quid in criminalibus?*
10. *An advocatus susceptam litem ad finem perducere debeat?* 11. *an in secunda instantia?*
12. *An cliens possit advocatum mutare?* 13. *rationes dub.* 14. 15. 16. *resp. affirmativa.* 17. *ratio.* 18. 19. 20. *solutio contrariorum.*
21. *Quale juramentum advocati praestent?* 22. *& quare?* 23. *quomodo ex ordinatione camerae?*
24. *Quaenam spectent ad effectum postulationis?* 25. 26.
27. *An error advocati noceat parti?* 28. 29.
30. *Quaestiones remissivè tactae.* 31.

QVinam sint advocati, & quomodo ab alijs differant, dictum est *praeced. tit. n. 3.* nunc ulterius progrediendo.

1 QVÆRITVR † PRIMÒ: Quinam constituant advocatos, vel causarum patronos? ad hoc Respondetur, quod vel ipsi litigatores, & clientes possint sibi pro suo arbitrio eos eligere. *Rosbach. n. 10. prax. civil. tit 18.* (invitus enim non cogitur advocatum suscipere, vel retinere, *VVesenb. n. 5. in fin. C. de advocat.*) vel à magistratu petere, is enim dat petentibus litigatoribus patronos, qui eorum nomine postulent, L. *1.* §. *ait prætor. ff. h. T. L. necquicquam 9.* §. *advocatos &* §. *finali ff. de off. procons.* non tantùm ijs, qui per se postulare nequeunt, sed etsi quis alius sit, qui certis ex causis, vel ambitione adversarij, vel metu patronorum advocatum non invenit, *d.* §. *4.*

2 In dandis † autem advocatis judicis est providere, ut æqualis utrinque fiat distributio, sive ne periti advocati tantùm ex una parte stent, & ne alterutra pars inopiâ boni patrocinij damnum faciat, *L providendum, 7. C. de postul. VVesenb. n. 2. C. de advocat, id. n. 5. in f. & n. 3. ff. h. T.*

3 QVÆRITVR † SECVNDÒ: Utrum quis invitus cogatur postulare, vel advocatus patrocinium suscipere? ad hoc Resp. quod

quod sic, ita ut si monitus à judice parti patrocinium negaverit, & justam excusationem non habuerit, carere debeat foro, & nunquam amplius ad postulandum admittatur, *d. L. 7. C. h. T.* adeóque cogi potest, sub pæna privationis officij Mynſ. *loc. cit.* Gail. *1. obſ. 43. in pr. ubi n. 3.* Rationem reddit: quia officium advocati publicum est, *L. 2. v. postulare. ff. de R. I.* ad publica autem munera inviti coguntur, L. *1. in pr. ff. de adminiſ. tut. L. 1. ff. de muner. VVeſenb. h. n. 3. Rosbach. n. 11.* ubi dicit: Quod compelli possint sub pæna privationis officij, vel pænâ pecuniariâ impositâ, *Mynſ. cent. 4 obſerv. 32. Gail. 1. obſ. 43. n. 1. & 11.* Hoc autem Bachovius *ad VVeſenb. n. 1.* ita declarat: ut officium publicum non sit semper, & ex natura sua, in communi, sed quatenus in rebus pub: solent publicè certi advocati constitui, & hactenus prætor jus habet ex officio constituendi advocatos, etiam invitos. 4

Sed hoc ipsum † LIMITATUR: nisi justam excusationem habeant, *arg. L. pen. §. qui autem 2. ff. de vacat. & excuſ. Gail loc. cit. Steinhuſ. n. 2. Rosbach. n. 11. Mynſ. l. c. adde VVeſenb. n. 2. C. de advocatis,* 5

ubi dicit: licet advocati inviti cogantur præſtare patrocinium clientibus, id tamen in bonis cauſis, non malis intelligendum eſſe, *per L. rem non 12. §. patroni. C. de jud.* ſed neque contra patriam ſuam, *L. pen. in f. ff. de poſtul.* vide de hac quæſtione plura apud Beſoldum *in delibatis h. q. 1. §. elegantiſ.*

6 QVÆRITVR † TERTIÒ: An advocatus gratis cogatur poſtulare? ad hoc Reſpondetur, quod non, ſed pro competente ſalario, & ſumptibus petentis, *VVeſenb. d. n. 2. & n. 3. h. T. per L. 1. §. in honorarijs. 10. ff. de var. & extraord. cogn. arg. L. 4. §. f. v. tuis ſumptibus ff. de edend. Rosbach. n. 11.*

7 Quid ſi † autem tenuiores ſint litigatores, & non tantarum facultatum, ut ſalarium patronis ſuo nomine poſtulantibus præbere poſſint? ad hoc Reſp. non propterea magiſtratus pati debet, cauſam eorum relinqui deſertam, itaque vel gratis inſervire debent advocati, *Gail. 1. obſ. 43. n. 10. cum ſeqq. Mynſ. cent. 4. obſ. 32. ordin, Cam. p. 1. tit. 19. §.* auff daß auch / vel magiſtratus ſumptum de publico, aut ex ærario eleëmoſynarum communi ſuppeditare debet, *Gail. n. 15. Rosbach. n. 12.*

n. 12. VVesenb. n. 3. ubi rationem reddit: quia eleëmosynæ species est pauperibus præbere patronos. Idem ibidem testatur, in plerisque hodie curjis aliter prouideri solere, constitutis nimirum aliquot aduocatis publico salario, qui causas pauperum agant, & tueantur, & & qui ob id procuratores pauperum appellantur.

Si tamen † pauperes causam obtineant, in executione sumptus factos refundere, & resarcire debent, quia tunc censentur ad pinguiorem fortunam peruenisse, 8

In criminalibus † accusator debet alimenta suppeditare, & sumptus in parandis advocatis accusato præstare, si ipse non habeat, *VVesenb. h. n. 3. in f. Rosbach. n. 13.* vide quæ scripsi in summa criminali *cap. 10. per tot.* & ad Carol. pœnal. *art. 47. n. 43.* 9

QVAERITVR † QVARTO: An advocatus susceptam litem usque ad finem perducere debeat? ad hoc Resp. affirmativè, *per text. in L. properandum. 13 §. illo 9. C. de judic.* & non facile renunciare officio potest, Wesenb. *n. f. in fin. C. de advocat.* nisi lex vel justa causa impediat, 10

d. l. 13. aut nisi compererit causam injustam, *VVesenb. loc. cit. n. 5.* Ita † tamen,
11 ut hoc intelligendum sit usque ad definitivam sententiam, nam in secunda instantia (nisi aliud convenerit) servire & patrocinari amplius non cogitur, *id. ibidem.* Hodie in Camera Imperiali non tantùm susceptam litem dimittere prohibentur, sed quod ad definitionem causæ in ea perseverare velint, jurare jubentur, *ordinat. Cam. part. 1. tit. 62. & 64. in fin.*

QVAERITVR † QVINTÒ: Utrùm li-
12 tigator, qui semel sibi advocatum in aliqua causa elegit, possit pœnitere, aliúmque sibi eligere? Videri posset, quod
13 non Ratio: quia † advocatus ipse, susceptæ liti renunciare non potest, nisi ex justa causa fiat, vel lex permittat, L. *properandum 13. §. illo. 9. C. de judiciis,* ut vidimus sup. *n. 10* E. neque litigator advocato, ut par & æqualis sit utriúsque conditio.

14 Ratio † alia: Quia post litem contestatam litigator procuratorem, quem dedit, non nisi causa cognita, & justis de causis mutare potest. L. *post litem. 17. cum LL. seqq. ff. de procurat.* Cum ergo supra dictum

dictum sit, procuratoris munus esse longè inferius, & deterius munere advocati, videri posset, multò minus advocatum mutare licere. Quibus † accedit tertiò textus *in L. rem non 14 §. 1. v. hocque subsecuto. C. de judicijs.* ubi nulla licentia conceditur, spreto litigatori ad alterius advocati patrocinium convolare. Verùm † his non attentis Wesenb. *n. 5. C. de advocatis.* Respondet, litigatori permissum esse pœnitere, aliúmque eligere, per textum *in L. properand. §. pen. C. de judicijs. ibi: nisi ipse litigator aliump pro alio patronum eligere maluerit,* ut ita invitus nemo cogatur advocatum in causa retinere. Ratio: quia † patronus beneficium clienti præstat: invito autem beneficium non datur, *L. invito, 69 ff. de R. I. L. invitus, 156, §. 4. ff. eod.* & invitus nemo defenditur, *L. non cogendũ 45. ff. de procur.*

15

16

17

18 Ad primam † dubitandi rationem Respondetur: ideo patronum liti non posse renunciare, quia sæpe alij haberi non possunt, & interdum temporis ratio, & negotij qualitas non patitur alteri rem committere, *vide VVesenb n. 3. ff. si quis Caut, & eund. n. 5. ff. ex quibus cauf.* Deinde quia facilè posset advocatus jura sui

clientis parti adverſæ pandere. Quod ſi nihil horum timeat litigator, & alium habere poſſit, utique beneficium refutare licet. Quamvis melius eſſet ab initio nō aſſumere, quā poſtea iterū dimittere.

19 Ad alteram † Reſpondetur: differentiam inter procuratorem & advocatum eſſe iſtam; quod procurator poſt litem conteſtatam fiat Dominus litis, L. *procurator. 11. in pr. ff de dol. mal. & met. except. c. 1. de procurat. in 6.* L. *procuratoribus, 22.* L. *nulla. 23. C. eod.* L. *4. §. fin. ff. de appellat.* ergo tunc invitus ipſe non poteſt revocari, L. *procuratoribus. 22. C. de procurat*, L. *poſt litem. 17. cum ſeqq. ff. de proc.* niſi ob cauſas *d. LL. et ſeqq.* expreſſas.

20 Ad † tertiam Reſpondetur, tunc non licere alium advocatum eligere, ſi prior juramentum juxta formam *in d. l. 14.* præſcriptam jam præſtitit, tunc enim citra injuriam ipſum non poteſt mutare, vel de ipſius fide dubitare.

21 QVÆRITVR † SEXTÒ: qualenam ergo juramentum advocati prę ſtare debeant? ad hoc Reſpondetur: Quod ex præſcripto Imp. Iuſtiniani *in d. L. rem non novam. 14. §. patroni: C. de judicijs.* patroni utriúſque partis, cum lis fuerit conteſtata, in

qua-

qualicunque judicio, majore vel minore, imò eitiam apud arbitros (sive ex compromisso electos, sive aliter datos) Sacrosanctis Evangeliis tactis jurare debeant, quod velint sedulò suis clientibus servire, omnique virtute suâ atque ope, quod justum & verum existimaverint, propugnare; quod causam bonā existiment, nec falsi patrocinij sibi cōscij sint. Quod si in progressū litis causam injustā esse cognoverint, eā derelinquere velint.

Et hæc † introducta sunt ad coërcendam causidicorum quorundam improbitatem, ac litigandi libidinem, qui iniquissimas quasque causas, modò emolumentum inde sperent, contra jus & æquum propugnare, atque defendere non verentur, *vide Mynſ. ad §. 1. num. 3. & Schneid. n. 8. inst. de pœna temerè litig.* Post tale juramentum præstitū litigator non habet amplius licentiā alterum patronū suscipiendi, Gothof. *ad d.* L. *14.* §. *1. lit. h.* 22

Hodie † advocati non ampliùs in principio cujuslibet susceptæ litis, sed in principio officij suscepti juramentum præstant, & quidem juxta ordinationem Cameræ *part. 1, tit. 62. & 64.* hoc modo: Primò: quod causas eorum, quorum 23

patrocinium suscipiunt, bonâ fide ad ipsorum utilitatem prudenter diligentérque tractare: 2. nullam sinistram machinationem, fraudem, dolumvé, in ijs committere. 3. neque de quota litis, quam peragendam habent, pacisci, neque interpositis callidè conventionibus quicquam illicitè extorquere. 4. Nec secreta causarum, quæ litigantes partesvé ipsis sunt commissuri, vel quæ ipsi in tractatione animadvertere poterunt, ulli hominum pandere. 5. quod honorem judicij Imperialis, & eorum qui ei tribunali præsunt, ut par est, promovere, ac id omnibus modis cohonestare velint. 6 Quod in judicio moderatè honestéque se gerere, & ab omni intemperantia, & convitijs, sub pæna à judicibus infligenda, penitus abstinere: 7. Quod salarium atque mercedem juxta judicij constitutionem debitam nullis pactionibus adaugere. 8. Si controversia inter ipsos & litigatores super mercedem suboriatur, quidquid hoc casu à judice eísque, quos ex assessoribus sibi assumpsserit, aut quibus hoc munus injunxerit, fuerit decretum, eo stare. 9. quod patrocinia, quæ semel susce-

suſceperit, ſine juſta cauſa & venia non dimittere, ſed ad definitionem ſuſceptæ cauſæ in eiſdem perſeverare velint.

QUAERITUR † SEPTIMO: Quænam ſpectent ad effectum advocationis? Ad hoc Reſpondetur; quod advocati, vel procuratoris abſentia præbeat juſtam dilationis materiam, in negotijs adhuc pendentibus, *VVeſenb. n. 5. C. de advocatis.* & quod induciæ dandæ ſint ad quærendum advocatum, *Gl. poſt textum in cap. 1. v. advocatus. ext. ut Cit. non conteſtat.* præſertim quando non multum læditur adverſarius, *Gl. margin. ibid.* Deinde † quod pro contumace non ſit habendus, qui propter defectum idonei advocati emanet, *d. c. 1. VVeſenb. h. n. 7. adde Cardinal. Tuſch. lit. a. Concluſ. 231.* niſi pars id providere potuit, *gl. marg. ibid.* Exceptio tamen hæc non eò prodeſt, ut negotia propter contumaciam ante definita retractentur, *VVeſenb. h. n. 7.* per Rationem: quia imputare ſibi debet, cur à tali definitione non appellaverit, adde *Gloſſ. loc. cit.* ubi ait: quod non habeat locum poſt ſententiam, ſi quis diceret, non habui advocatum tempore ſententiæ; Nam abſentia advocati, ut dictum,

24

25

dictum, in negotijs adhuc pendentibus, non etiam finitis excusationem præbet, *VVesenb. n.5. C. de advocat,* non autem sententiam vitiat, unde sub prætextu absentis advocati non licet ad quæstiones semel finitas redire, L. *velamento. 4. C. de postulan.*

26 Tertiò † ad effectum spectat, quod quidquid advocatus præsente cliente in judicio dicit, aut proponit, ab ipso cliente dictum intelligatur, L. *1. C. de error. advocat & ibi VVesenb. in parat.* nisi protestetur, se nolle advocati Sermonem, vel confessionem ratam habere, *Harprecht. §. hæc actio. 12. num. 201. inst. de injur.*

27 QVAERITVR † OCTAVÒ: An error advocati in allegationibus noceat parti? ad hoc Respondet Gord. Imp. *in* L. *2. C. de error. advocat.* Errores eorum, qui desideria, id est, preces scribunt, veritati præjudicium afferre non posse, manifestum est, & Arnold. de Rayger. *in suo thesaur. v. error. n. 121.* Quòd non noceat. *vide text. in c. cum causam. 62. ext. de appellat.*

28 Hoc tamen † limitatur: nisi præsente cliente erret. Nam advocatus quidquid præsente cliente dicit, aut proponit,

ponit, ab ipſo cliente vel domino litis dictum intelligitur, *per* L. *1. C. de error. advocat. & ibi VVeſenb. in paratit.* L. *3. eod.*

29 Sublimita; † niſi proteſtetur, ſe nolle advocati ſermonem ratum habere, *Harprecht.* §. *hæc actio. 12. n. 201. iuſtit. de injur.* vel in continenti revocet. Nam error advocati in continenti revocari debet, *per* L. *error. C. de jur. & fact. ignor.* L. *3. C. de error. advocat.* ubi Impp. declarant in continenti contradicere, qui triduo proximo contradicit. Confer. Menoch. *de arb. jud. caſ. 194. n. 64.* ubi reſtringit in ruſtico, qui erroneam advocati ſui confeſſionem etiam ex intervallo revocare poteſt. Plura de hoc; an & quando confeſſio vel error advocati poſſit revocari? vide apud Maſca. *d. vol.* *1. q. 7. n. 62. & ſeqq.*

30 Poſſent † hoc loco multa utilia de advocatis tractari, ſed quia habemus de ijs quinque integros titulos in Codice, *lib. 2. tit. 7. & ſeqq.* ideo ne illis dotem debitam detrahamus, hoc loco unam & alteram quæſtionem, & materiam tantùm remiſſivè tangemus.

Quid agere, vel omittere debeat advocatus? *vide* L. *6. C. de poſtul.* De advocatorum

catorum malitia Bernh. Zierizium. *ad Carol. pœnal. art. 88.* quod advocati omnia mala nôrint, & ſæpe modicæ ſint conſcientiæ, vide *gl. in L. ab Anaſtaſio v. moneantur C. mandati.* Schneid. *n. 20. inſtit. de lit. oblig.* An advocatus in propria cauſa expenſas petere poſſit, non minus, atque ſi alteri, patrocinium præſtaret, apud Beſoldum *in delibatis q. 4. h. T.* An pactum de quota litis, vel de certa re, in eventum victoriæ dandæ, inter advocatum & clientem valeat? apud eundem *q. 5. per tot.* Farinac. *de varijs & diverſ. crimin. quæſt. 106. per tot.* & quæ ſcripſi de pactis. *q. 8. limit. 7.*

31 Multa † alia de advocatis ſcitu digna vide apud Beſoldum *in delibatis h. q. 2. §. ſed & alia.* Rosbach. *prax. civil. tit. de advocatis 18. per tot.*

Qui adhuc plura deſiderat, videat integrum & elegantem tractatum Barthol. Agricolæ. *de qualitatibus, & officio boni advocati.* Item tractatum Alæ *de advocato, & cauſidico Chriſtiano.*

Ti-

TITVLVS. III.

De Procuratoribus:

SVMMARIA.

1. *Quid sit Procurator?*
2. *Cur usus procuratorum introductus?*
3. *Procurator alius judicialis, alius extrajudicialis.* 4. *Defensor.* 5. *Alius in rem alienam, alius in rem suam.*
6. *Alius generalis, alius specialis.* 7. *Alius cum libera.* 8. *Falsus quis?* 9.
10. *Qui alij negotia aliena gerant?*
11. *Quomodo differat procurator & advocatus?* 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.
19. *Quomodo procurator à Syndico?*
20. *Quomodo ab excusatore?* 21. *actore?*
22. *Defensore?* 23. 24. 25. 26. 27. *Notario.*
28. *Notarij officium quale?*
29. *Quomodo à negotiorum gestore.* 30. *Tutore & Curatore?* 31. *Nuncio.* 32. *Institore, exercitore, œconomo, & commissario?*
33. *Commissarius quis?*
34. *Procuratorem omnes regulariter dare possunt.* 35. *Non tamen servus.* 36. *An is, qui de statu suo litigat?* 37. *An ab*

hostibus

1 QVAERITVR † PRIMÒ: Quid sit procurator? ad hoc Respondet JC. Ulpianus *in L. 1. in pr. h. T.* procurator est, qui aliena negotia mandatu domini administrat. Hanc definitionem ad longum explicavi, § *1. n. 1. & seqq. instit. de his per quos ag. poss.* ubi videatur. Ex hoc autem deprehenditur, quod *procuratoris* nomen generale sit, & omnes omninò comprehendat, qui aliquam administrationem rerum alienarum gerunt, quare sub eo accipiuntur tam illi, quibus negótia extra judicium gerenda, quam quibus causæ in judicio agendæ mandantur, *Mynf. ad §. procurator, n. 1. inst. de his. per quos ag. pos.*

2 QVAERITVR † SECVNDÒ; Cur usus procu-

procuratorum sit introductus? ad hoc Respondet idem JC. *in fin. L. 1. h. T.* usum procuratoris, perquam necessarium esse, ut qui rebus suis ipsi superesse vel nolunt, vel non possunt; saltem per alios possint agere, vel conveniri. Et, ut ait Imp. Justin. *in pr. tit. inst. de his per quos agere* morbus, & ætas, & necessaria peregrinatio, itémque aliæ multæ causæ sæpe hominibus impedimento sunt, quò minus rem suam ipsi exequi possint.

Qværitvr † Tertiò quotuplex sit procurator? ad hoc Respondetvr Primò: Quod alius sit judicialis, alius extrajudicialis: ille in judicio, hic extra judicium aliena negotia administrat, 3
per *L. servum 33. ff. h. T. L. mutus 43. in pr. h. T. Rosbach. prax. civil. tit. 19. de procur. n. 2. VVesenb. n. 3. h.* Confer quæ scripsi in instit. *loc. cit. n. 23.*

Respondetvr † Secvndò: Quòd procurator judicialis alius sit actoris, 4
qui nomen generis retinuit, alius procurator rei, qui *defensor* vocatur, quæ divisio colligitur non tantùm ex rubrica. *tit. ff. de procurat. & defensor* sed etiam *L. 8. L. minor. 51. L. ult. ff. hoc T. L. rectè 13. ff. de judiciis L. si cum 23 ff. de re judic.*

L. si mater. 11. §. hoc jure ff. de except. rei jud. Pac. n. 3.

Respondetur † Tertiò: Quod
5 procurator alius sit in rem & utilitatem alienam, qui videlicet aliena negotia, & in alienam utilitatem curat, *L. si procurator 28. ff. h. T.* alius verò procurator *in rem suam*, qui alienum quidem negotiũ mandato domini curat (nam proprij nemo procurator est) sed ad suum tamen commodum, & emolumentum, *L. servum 33. §. f. h. T. L. filiusf. 8. §. f. h. T. L. 9. C. h. T. L. 34. L. licet. 42. L. quæ omnia 25. L. procuratore. 55. L. Plautius. 61. ff. h. T. Rosbach loc. cit. n. 4. Iul. Pac. n. 3. VVesenb. h. n. 3.* ubi in specie eum procuratorem in rem suam vocat, cui dominus actionem vendidit, aut quoquo modo (id est, donando, legando, aut in solutum dando) eam cessit, *L. si quis 34. L. procuratore 55. ff. h. T. L. qui stipendia, 9. C. h. T. L. quia 4. C. h. T. L. quod si 24. in pr. ff. de minor.* Confer quæ scripsi in Instit. *loc. cit. n. 22.* & quæ notat Bachovius *ad eundem VVesenb. n. 3.* ubi putat, utrúmque coniunctim necessarium esse; ut v. g. dominus actionem vendat, donet; &c. deinde ut cedat, & quasi tradat;

dat: de quo tamen inf. *sub tit. de hæred. vel action. vendit.* amplius agemus. Sic etiam usufructuarius procurator in rem suam dicitur, si ædificanti novum opus nunciet, *L. 1. §. f. ff. de nov. oper. nunc.* vel si sit usufructuarius nominis, & usuras exigat, *vide Gail. 2. obs. 46. n. 8.*

RESPONDETUR † QUARTÒ: Quod alius sit procurator generalis omnium, sive universorum bonorum vel etiam omnium litium: alius specialis certæ nimirum alicuius rei, negotij, vel litis, *L. 1. §. 1. h. T. L. procurator cui. 58. cum duab. L L. seqq. L. procurator. totorum. 63 ff. eod. L. si procurator ad unam 10. C. eod. c. 5. de procur. in 6. L. 3. §. per procuratorem ff. judic. solu. Rosbach. n. 3 Pac. n. 3.* Wesenb. *n. 5.* ubi rationem reddit: quia procurator ad instar curatoris non personæ, sed rebus datur, *pr. inst. de curat.* 6

Et ei, qui mandatum † generale habet, vel libera rerũ administratio commissa est: vel restricta, seu limitata, ein gemessener Befelch. Prior ille, qui liberiorem & laxiorem facultatem, seu tractandæ rei potestatem habet, vocari solet procurator. *cum libera, L. procurator. 58 ff. h. T.* posterior simpliciter generalis, 7

lis, *Freig. h. VVesenb. n. 3. & Bachovius in notis*, ubi rectè advertit, has non tam species procuratorum videri, quam gradus.

8 RESPONDETUR † QUINTÒ: Præter hos procuratores, qui in rei veritate procuratores sunt, & mandatum idoneum habent ac proinde veri procuratores vocantur *L. licet 56. ff. de judicijs.* alios in jure solere vocari *falsos* procuratores, *L. falsus 43. §. 1. L. si jussu 44. in pr. ff. & L. falsus 19. C. de furtis. L. 3. §. ult ff. rem rat. hab. L. licet. 28. C. h. T.* Sic is, qui mandato caret, dicitur quidem procurator, *L. si ego 24. ff. de neg. gest. L. si quis offerenti. 58. ff. de solut. L. si sine 22. §. quod si procurator. 2. L. ult. ff. rem rat. hab.* cum tamen potiùs negotiorum gestor, quam procurator sit, *arg. L. 2. ff. de negot. gest.*
9 *Iul. Pac. h. n. 2. in fin.* Similiter falsus procurator potest vocari is, qui mandatum quidem habet, sed revocatum, *c. 4. ext. de procurat.* aut alio quovis modo extinctum, puta morte, &c. aut qui mandatum quidem exhibet, sed ad propositum in pertinens, v. g. si producat generale mandatum in causa, cui opus sit speciali, *c. 5. de procurat. in 6.* item cujus mandatum est insufficiens, puta datum

ab

ab eo, qui mandare non poteſt, vel qui quidem procurator Conſtitutus eſt, ſed nondum mandatum exercendi officij accepit, *VVeſenb. h. n 3 inf.* qui licet à Bachovio more critico reprehendatur, quod implicare videatur, & contra eſſentiam, ac definitionem ſit, procuratorem eſſe, & mandatum non habere: nihilominus quia leges, & legumlatores ita loquuntur, & non ſimpliciter eum procuratorem, ſed cum addito *falſum procuratorem* appellent, quid impedit, nos cum legibus noſtris etiam impropriè nonnihil loqui? Plures diviſiones & ſpecies procuratorum ex ſeq. queſtione intelligentur.

QVÆRITVR † itáque QVARTÒ: quomodo differat procurator ab advocato, ſyndico, excuſatore, actore, defenſore, Notario, negotiorum geſtore, tutore, curatore, nuncio, inſtitore, factore, exercitore, œconomo, & commiſſario? Qui enim omnes pro alio negotia gerunt, ac proinde magnam inter ſe affinitatem habent, nihilominus tamen in multis diſtinguuntur, ut ex ſeqq. apparebit. 10

Itaque RESPONDETVR † PRIMÒ: procuratores & advocatos in eo differre, 11

quod hi non privatim aliena negotia, uti procuratores, mandato Domini gerant, sed publicè jus dicant, in forum prodeant, in curia verba faciant, (uti in parlamentis Galliæ & Burgundiæ videre licet) litigantibus patrocinia præstent, merita causarum allegent, jus partis pandant, & pro alterius causa publicè advocent, & quasi milites propugnent, *L. advocati. 14. de advocat. diverſ. judic.*

12 Deinde † procurator tantùm communes, & vulgares operas, in tractanda & sollicitanda causa præstat; advocatus autem navat operam singularis doctrinæ, atquè laudabilis, & honestissimæ artis, in causa aliena ex jure defendenda, *C. quia Episcopus in f. v. laudabilis artis. 5. q. 3. L. laudabile 4. cum seqq C. de advocat. diverſ. jud. VVesenbec. h. n. 2. & 10.* Pro-
13 curator † veluti administer Domino causæ ministrat, seu ministerium præstat; advocatus veluti antistes justitiæ, jurisque tutor & vindex jus ejus ostendit, ac defendit, adeoque non tam clientis sui, quam juris minister est, *id. ibid.*
14 Procuratoris † vile munus de jure communi habetur, ita ut à militibus, decurionibus, & nobilibus exerceri non possit,

ſit, *L. ſi quis 34. C. de decurion.* Sed advocatorum munus *quaſi* publicum eſt & honorificum, plerisque dignitatis ac militiæ privilegijs honeſtatum, unde in jure noſtro clariſſimi & nobiliſſimi vocantur, *C. providendum 7. v. nobiliſſimos C. de poſtulando L. 1. C. de advoc. diverſ. jud.* Weſenb. *d. n. 10.* Rosbach. *n. 40.*

Advocatus † præſentis etiam cauſam ſuo patrocinio tuetur; procurator plerúmque abſentis vicem ſuſtinet, Mynſ. *ad §. procurator. n. 5. inſt. de his per quos ag poſſ.* 15

Quod † advocatus ex patrocinijs quærit, ſibi quærit, non patri, tanquam peculium quaſi caſtrenſe, *per L. f. C. de inoff. teſt.* quod autem filiusf. ex procuratione quærit, id patri quoad uſumfructum acquirit, quia non eſt autoramentum alicujus doctrinæ, vel ingenij, ſed quæſtus ſolummodo vulgaris negotiationis, Weſenb. *d. n. 10.* cui Bachovius. *ibid.* contradicit. Procurator † obligatur ex proceſſu cauſæ; advocatus non item, qui non timet damnum, cum ſe in aliquo non obligaverit, *Rosbach, d. n. 40.* 16 17

Circa hoc autem reſponſum obiter † NOTANDUM, quod hodierni procura- 18

tores, maximè in superioribus judicijs, uti v. g. in Camera Imperiali, non amplius pro vilibus habeantur, *Osterman. Harp. & Mynſ ad §. f. inſt. de his per quos ag poſſ. Bachovius ad VVeſenb. h. n. 10.*

19 RESPONDETVR † SECVNDO: procuratorem à Syndico in eo differre, quod procurator à privato domino ad ſua negotia curanda detur *L. 1. ff. h. T.* Syndicus ab universitate, collegio, vel repub. communi voto, & mandato ad omnia ejuſdem negotia omnésque cauſas universitatis tractandas conſtituatur, *L. 1. §. 1. & L. 3. ff quod cuiusque univerſ.* unde universitatis procurator dicitur, *Rosbach. n. 32. & 33. Mynſ. loc. cit n. 5.*

20 RESPONDETVR † TERTIO: Excuſatorem, qui ſubinde reſpōſalis, ſubinde cauſæ nuncius appellatur, *per c. cum olim. 34. ext. de teſtib.* Beſold. *in delibat. h. q. 21. inf.* eum dici, quem quis ad Judicem mittit, abſentiæ ſuæ excuſandæ causâ, Mynſ. *loc. cit. n. 3.* ubi *n. 2.* notat, procuratorem judicij causâ conſtitutum aliud atque aliud nomen pro diverſitate rerum, quæ illi committuntur, eorúmque reſpectu, à quibus conſtituitur, ſortiri.

21 RESPONDETVR † QVARTO: Actorem à pro-

à procuratore in eo differre, quod hic detur à Domino, ille verò à tutore, qui procuratorem (ut infra dicetur) dare nequit, vice procuratoris constituatur, *L. si actore. 19. C. de solut. L. neque 11. C. h. T. L. liberto. 30. §. f. ff de negot gest.* vel à magistratu tutoris periculo, si ipse adversa valetudine, vel aliâ necessitate impediatur, *§. f. inst. de curat.* ubi vide, quæ ad longum scripsi. adde Rosbach. *loc. cit. n. 34.* & quæ scripsi inf. *tit. 4. q. 3. ad 3.*

RESPONDETUR † QUINTÒ: procuratorem à defensore in eo discrepare, quod hic etiam non rogatus, & absque mandato alicujus defensionem in judicio suscipiat, *Mynsf loc. cit. n. 4.* ita ut defensor maximè, & ferè per omnia procuratori similis sit, & inter genera procuratorum rectè numeretur, *L. Pomponius 40. §. 2. L. Plautius 61. L. si procurator 28. in f. ff. h. T. VVesenb. n. 10. in fin. per L. sed & hæ. 35. §. defendere. L. minor. 51. ff. de procurat. & defens. Rosbach. n. 35.* Bachovius *ad VVesenb. n. 10.* Ubi non † aliter distare dicit, quam quod defensor, tanquam voluntarius procurator, cum cautione de judicato solvendo pro quovis reo, sine ullo mandato, intervenire 22 23

 possit,

possit, cum aliàs ex parte actoris nemo facile, ne quidem cum cautione rati, audiri debeat, si constet eum non habere mandatum. Adde quæ scribit Cujacius
24 *h.* ubi † hoc discrimen facit; quod procurator postulet pro actore, defensor pro reo, L. *si mater 11. §. hoc jure 7. ff. de except. rei jud.* vel quod procurator sit actoris & rei, cum mandato; defensor rei sine mandato, L. *2. §. fin. autem. 3. C. de*
25 *jur. prop. cal.* Quamvis † enim procurator sine mandato non sit verus procurator, ut supra exposui, defensor tamen æquè dicitur, etiamsi mandatum non habeat, *arg.* L. *Pomponius. 40. ff. sed & is. ff. h. T. Iul. Pac. h n. 3. in fin.* Ubi aliam
26 differentiam † notat, quod angustius sit *defensoris* verbum, quam procuratoris, quia procurator dicitur tam in judicio, quam extra judicium, L. *servum. 33. in pr. h. T.* defensor in judicio tantùm, L. *rectè 63. ff de judicijs.*

27 Respondetur † Sextò: Procuratorem à Notario in eo differre, quod officium Notariorum sit quodammodo publicum, *c. quoniam 11, ext. de probat. C. statutum 11. §. Notarium & ib. gl. de rescript. in 6.* Procuratorum autem privatum, quia

quia negotia Dominorum privata administrant, & curant, *per L. 1. h. T.*

28 In eo † tamen Notarij majorem affinitatem cum procuratoribus habebant, quod eorum officium vilius reputaretur. Olim enim munere isto fungebantur servi, & quamvis id postea vetitum esset, L. 3. *C. de tabular.* L. 10. Nihilominus tamen pro vili habitum fuit, unde à decurionibus exerceri non poterat, L. 1. *& 2. C. ead. VVesenb. h. n. 10. Rosbach. loc. cit. n. 39* Bachovius *ad VVesenb, loc. cit.* ubi notat, moribus nostris Notarios nō pro vilibus haberi, cum authoritate Principis creentur, & judicum officium in quibusdam exerceant.

29 Respondetur † Septimò: Procuratorem à negotiorum gestore in hoc differre, quod procurator aliena negotia tam in judicio, quam extra judicium mandata domini: negotiorum autem gestor sine mandato suscipiat, L. 2. *cum seqq.* L. 6. L. *si negotia absentis 11. & tot. tit. ff. de negot. gest. Rosbach. n. 26.* Nam qui sine mandato ad alterius negotium gerendum accedit, extra judicium negotiorum gestor, in lite voluntarius procurator appellatur, *VVesenb. h. n. 10. in f. & n. 2. in med.*

Re-

30 RESPONDETUR † OCTAVÒ: Procuratorem à tutore & curatore in hoc differre, quod procurator negotia cujusvis mandatu privati domini: tutor autem negotia pupilli, curator adulti publicâ authoritate legis, aut magistratûs, aut testatoris administret, *Rosbach. n. 37. VVesenb d. n. 2.*

31 RESPOMDETUR † NONÒ: Quamvis Procuratori nuncius sit consimilis & sæpè quoque procurator in jure appelletur, *ut in C. causam 19. inf. ext. de testib.* tamen in hoc differunt, quod majorem potestatem habeat procurator, is enim administrat. h. e. loco seu jure domini negotium gerit; item quia causæ litisúe dominus quandoque censetur, L. *nulla 23. C.h. T.* ut inf. audiemus; nuncius autem non administrat, néque loco domini aliquid accurat, multò minus est causæ dominus, sed nudus minister, & executor, penes quem solum factum, & exequendi facultas est, & in ipso negotio non secus atque instrumentum intervenit, per quod dominus agit, *V.Vesenb. d. n. 2. & 10. Rosbach. n. 38.*

32 RESPONDETUR † DECIMÒ: Procuratorem ab institore, exercitore, œconomo,

nomo, & Commiſſario differre, ut genus à ſpecie. Nam procurator indifferentur quibusvis negotijs, inſtitor negotiationi tantùm terreſtri, *t t. ff. de inſtit. act.* exercitor maritimæ *t. t. ff. de exercit. act.* œconomus rei familiari adminiſtrandæ, vel rei Eccleſiaſticæ gubernandæ, præponuntur, *L. 14 C. de SS. Eccleſ.* L. *6. §. 6. C. de ijs, qui ad Eccleſ. confug.*

Commiſſarius † generaliter omnis ille dicitur, cui negotia expedienda committuntur, ex uſu tamen vulgari pro eo accipitur, cui judex, vel magiſtratus impeditus vices ſuas committit, vide Rutger Rulandum *lib. 1. de Commiſſar. & commiſſ. c. 2. & 3.* Cognitis ut ſic differentijs procuratorum, & aliorum adminiſtratorum. 33

QVÆRITVR † QVINTÒ: Quinam procuratores dare & conſtituere poſſint? ad hoc Reſpondent omnes, qui non prohibentur. Nam hoc edictum prohibitorium eſt, quo circa qui non prohibetur dare, huic conſtituendi procuratoris intelligitur poteſtas facta, L. *mutus, 43. §. 1. h. T. Freigius. h. n. 1. VVeſenb. n. 4. Rosbach. loc. cit. n. 5.* Prohibetur † autem procuratorem conſtituere in gene- 34 35

re

re loquendo is, qui per se agere nequit, & in specie, servus, L. *servum 33. ff. h. T.* ubi Ulp. JC. admittit, negotia quidem peculiaria servi posse gerere aliquem, & hoc casu procuratorem ejus esse, actionem autem intendere vetat.

36 Eum † vero qui de statu suo litigat, sive cui status controversia movetur, procuratorem habere posse non dubitat, non solùm in administratione rerum, sive extrajudicialem, sed etiam judicialem in actionibus, quæ ei, vel adversus eum competunt. Rationem †
37 reddit Wesenb. neque enim pro servo habendus est, quamdiu de statu suo litigat, etsi fuerit in possessione libertatis, interim pro libero habetur, *per* L. *ordinata 24. ff. de liberal. cauf. Steinhus h. n. 7. in f.* quomodo autem cum his conciliari debeat L. *1. in pr. C. de assert. toll.* vide apud Jul. Pac. *cent. 2. legum conciliat. q. 39.*
38 Ab hostibus † captus procuratorem habere non potest, L. *ab hostibus 15. ff. ex quibus cauf. maj.* quia quamdiu in hostium potestate est, sui juris non est, nec rerum suarum Dominus, *VVesenb. d. n. 4.*

39 Filius familiâs † extra judicium procuratorem ad negotia rectè sumit, quoniam

niam & rectè contrahit: in judicio verò suo nomine procuratorem constituere nequit, instar servi, quia nec agere potest, *Rosbach, d. n. 5. VVesenb. n. 4.* Ex quo à contrario † infert Ulpian. *in* L. *filiusf. 8. in pr. h. T.* quod si filiusf. peculium castrense habeat, vel si qua sit ei actio, quâ ipse experiri potest, quod tunc ad agendum dare procuratorem possit. Nam quasdam actiones exercere potest, uti v. g. actionem injuriarum & similes, quarum fit mentio *in* L. *9. ff. de O & A.*
Quare si filiusf. † aut filiaf. injuriam passus, vel passa fuerit, ad ulciscendam eam, vel ad injuriarum actionem procuratorem dare poterit, maximè si pater præsens non fuerit, neo patris procurator velit experiri, *d.* L. *8. in pr.* Qua 40
† in re distinguit Bachovius inter actionem prætoriam, & civilem ex L. Cornelia, ut illam exerceat pater, exceptis casibus singularibus *in* L. *17. §. 10. ff. de injur.* puta si furiosus vel demens sit, hanc ob injurias reales exerceat solus filius, L. *5. §. 6. ff. eodem.* 41

Pari † quoque ratione filiusf. procuratorem dare potest, si cum patre agere possit, v. g. si injuriam (atrocem) à pa- 42

tre

tre passus fuerit, vel si contra patrem super abusu hæreditatis delatæ, L. *Imp. 50. ff. ad SC Trebell.* vel super alimentis competat actio, *Zas. h. n. 8. & 9.* & post eum Steinhus. *n. 7.* Sic ad † exactionem
43 dotis filia procuratorem constituere potest, si forte pater absens sit, vel suspectæ vitæ, quia in eo casu solet filiæ competere de dote actio, *d.* L. *8. §. nam ad dotis.* Cum autem † ad agendum
44 possit filiusf. procuratorem dare, multò magis dare poterit ad defendendum, *d.*
45 L. *8. v. ad defendendum.* Pupillus † & minor, qui curatorem habet, non potest procuratorem dare, nisi tutore vel curatore authore, L. *neque 11. C. h. T.* quod si minor curatorem non habeat (sicuti habere non cogitur extra judiciũ) tunc procuratorem ad extrajudicialia negotia constituere potest, ad judicia verò litesq; prosequendas non item, Wesenb. *h n. 3.* per Rationem: quia ipse legitimam personam in judicio standi sine curatore non habet, L. *1. & 2. C qui legitim. person.* tantùm abest, ut alium ad id legitimare possit.

46 Quod si † defacto dederit, tunc ex sententia illorum, qui minorem, etiam si

curatorem habeat, putant civiliter obligari, etiam minor poterit ex mandato obligari procuratorio, Bachovius *ad VVesenbec.h.v.minores*, quò facit in simili textus *in L. 8. §. si quis 3. ff. mandati.* Si sententia † pro minore lata fuerit, Constitutio procuratoris valebit, minoribus enim ætas in damnis subvenire, non verò in rebus prosperè gestis abesse consuevit, Steinhus. *h. n. 7.* ubi addit: in Ecclesiasticis rebus minorennem posse constituere procuratorem, quia in illis pro majore habetur. 47

Tutores † & curatores ex sua persona in re pupilli, vel adolescentis procuratorem facere non possunt, sed actorem constituere debent; post litis autem contestationem à se factam procuratores dare non prohibentur, *L. neque 11. C. h. T.* Rationem reddit Wesenb. *h. n. 4.* quia nullus procuratorem dare potest, nisi qui sit litis seu rei dominus; *gl. in d. L. neque,* atqui hi non sunt domini, post litem autem contestatam domini censentur. Ergo sicuti procuratores ipsi post litis contestationem à se factam domini fiunt, & alium substituere possunt, ut paulò post dicetur; ita & tutores, 48

d. L. neque L. nulla dubitatio, 23. C. eodem.
49 Mynſ. *cent. 1. obſ. 43.* Vide tamen † exceptionem *in L. liberto, 30. §. f. ff. de negot. geſt.* ubi dicitur: quod licet mater filij negotia (& tutelam) ſecundùm patris voluntatem pietatis fiduciâ gerat; tamen jus actoris periculo ſuo conſtituendi non habere, quia nec ipſa filij nomine rectè agit.

50 Excommunicatus † procuratorem conſtituere non poteſt, arg. *c. f. h. T.* quia ipſe repellitur ab agendo, *c. decernimus 8. de ſent. ex commun. in 6.* Weſenb. *loc. cit.*

51 Mutus † & ſurdus non prohibentur procuratores conſtituere eo modo, quo poſſunt, *L. mutus. 43. ff. h. T.* id eſt, nutu vel ſcriptura, *VVeſenb. h. n. 4.*

52 Plures † quoque ſimul in judicio agentes aut defendẽtes in communi ſua cauſa unum procuratorem conſtituere poſſunt (intellige non conjunctim, ſed diviſim, neque enim actor & reus per unũ procuratorem litigare poſſunt, *VVeſenb. & Bachovius loc. cit.*)

53 Ex quo † ſequitur, ſi plures hæredes ſint & familię erciſcundę, vel plures rem communem habentes communi dividundo agant, quod eundem procuratorem

rem dare non possint, quoniam plures obtinent vicem actorum & reorum & explicari res non potest citra adjudicationes & cōdemnationes, & unus idemque procurator victoris & victi tam parum esse, & sibi ipsi condemnari potest, *L. licet 24. §. si plures. ff. de procurat.* quàm parum aliquis secum ipso ludere potest, *Steinhus. h. n. 7. in f.* vide de hoc plura apud Jul. Pac. *cent. 2. concil. leg. q. 73. h. T.*

QVAERITVR † SEXTÒ: an procurator alium procuratorem dare, vel loco suo substituere possit? Ad hoc Respondetur: quòd regulariter substituere non possit, *per L. quod quis sibi. 8. C. de procurat. Socin. reg. procurat. 392.* tum quia nō est dominus causæ, vel negotij, tum quia industria personę electa, adeóque non potest per alium expediri, per *L. un. §. ne autem. 9. C. de caduc. toll.* 54

Hoc autem LIMITATVR † PRIMÒ: ut possit saltem is procurator substituere, qui in rem suam datus est, *c. 1. & c. is. qui de procurator. in 6. Socin. fall. 1.* quia rem suam agit, *L. 9. C. h. T. Rosbach. tit. 19. n. 26.* 55

LIMITATVR † SECVNDÒ, ut possit saltem 56

saltem post litem contestatam substituere, si non ante, *L. quod quis sibi. 8, C. L. 22. L. neque. 11. ff. h. T. VVesenb. n. 4. & 8. ff. h. T. Rosbach. loc. cit. Mynsing. 1. obs. 43.* Ratio; quia procurator post litem contestatam fit dominus litis, *d. c. 1. L. procuratoribus 22. L. nulla. 23. C. h. T. VVesenb. n. 8. in f. h. T.* Hoc autem sublimitat Socinus *fall. 2.* ubi verum putat in causa civili, secus in causa criminali propter grave periculum, *Gothof. ad Schneidevv. §. mandatum. n. 3. inst. de mand.*

57 LIMITATUR † TERTIO; ut etiam tunc, quando ipse litem contestatus nō est, sed postea intervenerit, hoc ipso censeatur dominus, & substituere possit, *Mynf. loc. cit.*

58 LIMITATUR † QUARTO; in procuratore constituto ex parte rei, qui præstat cautionem, nam tunc à principio effectus est dominus litis, & defensor, qui satis dedit, est loco domini, *per L. Titius 26. ff. h. T. VVesenb. n. 9. ff. qui satisd. cog. id. n. 13. C. de satisdando.*

59 LIMITATUR † QUINTO; nisi sit procurator extra judicialis ad negotia, tunc enim potest liberè quandocunq; alium deputare, *d. c. 1, §. 1. & c. f. de procurat. in 6.*

in 6. L. *si procuratorem. 8.* §. *3. ff. mandati*, nisi negotium tam sit arduum, ut facilè possit inde magnum imminere periculum, v.g. si ad contrahendum matrimonium procurator datus sit, *d.c.f.* Aliqui limitationem nostram tunc admittunt, si procurator habet mandatum generale à domino, *per* L. 1. §. *magistrum autem. 5. ff. de exerci. action.* Si verò habet speciale mandatum, & quidem tale, quòd habeat certam formam, v.g. emendi aliquot panes pro certo pretio, itidem substituere posse existimant, quia tunc non videtur electa esse industria personæ. Schneidevv. §. *mandatum. n. 3. inst. de mandato*, ubi ulterius pergit, & dicit, si mandatum non habeat certam & limitatam formam (sed indefinitè conceptum sit, v.g. emendi vas vini boni justo pretio) hoc casu procuratorem substituendi non habere potestatem, quia videtur electa industria personæ, quod Salicetus *in d.* L. *si procuratorem. 8.* §. *1. ff. h. T.* tunc verum esse intelligit, quando est tale quiddam, in quo industria requiritur, aliàs liberè quemcumq; procurator negotiorum substituere potest, *d.* L. *5. si quis mandaverit, Rosbach. d. n. 26.*

60 LIMITATVR † SEXTÒ: nisi in mandato habeat expressam potestatem substituendi, L. *quòd quis.* 8. *ubi Dd. C. h. T. c. 1. de procurat. in 6. Schneidevv. loc. cit. Rosbach. d. n. 26.*

LIMITATVR † SEPTIMÒ: ut subinde substituere possit etiam in casibus, in quib⁹ requiritur industria personę, si videlicet ita sit constitutus, ut dominus promiserit, vel voluerit valere, quicquid per eum factum est, *Socin. fall. 6.* Hactenus vidimus, quis possit, nunc videamus, quis cogatur cõstituere procuratorem.

SVMMARIA.

61. *An invitus cogatur quis dare procuratorem?*

62. *An saltem is, qui impeditus est comparere?*

63. *Limitationes. 64. 65. 67. 68. 69. 70.*

66. *Quando etiam impeditus non cogatur constituere?*

71. *An prohiberi aliquis possit mittere procuratorem? & compelli, ut ipse in judicio compareat? 72.*

73. *Procuratores regulariter omnes esse possunt. 74. etiam filiusf. 75. non tamen servus. 76. non mutus. 77. ex-*

commu-

communicatus. 78. *Clericus in causis* Laicorum 79. *miles*, 80. *nisi in casibus exceptis.* 81. 82. 83. 84. *fœmina.* 85. 86. *nisi in casibus exceptis.* 87. 88. 89. 90. *decuriones.* 91. *Medici, Professores, & an Advocati?* 92. *An mutus, surdus, furiosus?* 93 *redemptores alienarum litium.* 94. *rei criminum* 95. *fiscus, civitas, universitas* 96 *sed Syndicus universitatis* 97. 98. *& qui alij?* 99. *utrum minorennes?* 100. *cur non de jure canonico?* 101. *quàm rationabiliter?* 102. *An de jure civili?* 103. *quàm idoneè?* 104, *an admitti poßit?* 105. 106. 107. *an defensor esse?* 108.

109. *An infamis?* 110. 111. 112. 113. 114.

115. *An aliquis procurator dari poßit in re propria?* 116.

117. *An unius litis plures procuratores dari poßint?* 118. *an simul? quo effectu?* 119. 120. *an per partes?* 121.

122. *Quid si duo diversis tẽporibus dentur?*

123. *Invitus nemo cogitur procurator esse, & quis invitus?* 124 *neque extendere procurationem ad secundam instantiam.* 125. *nisi sit publicè constitutus.* 126. *an is, qui semel suscepit procurationem, eam cõtinuare cogatur? Plura summaria vide infra*

61 QVÆRITVR † SEPTIMÒ: utrum aliquis invitus cogi possit dare in judicio procuratorem? ad hoc Respondetur, quod non. *c. 2. ext. de procurat.* Ratio est; quia invitus non cogitur causam suam alienæ fidei committere. *Dd. in L. quæsitum, 60. ff. de re judic. VVesenb. n. f. §. si quis caut. jud.*

62 Declaratur † autem & AMPLIATVR responsum nostrum, ut procuratorem aliquis mittere non teneatur, etiamsi morbo detineatur, vel alio justo impedimento prohibeatur, quò minus ipsemet in judicium veniat, *post gl. in c. cum dilecti. v. responsalem ext. de dol. & contum. gl. in L. 2. §. quod maximus. ff. si quis caut. Mynsi. cent. 4. obs. 58. n. 1.* sufficit ergo mittere excusatorem, qui causam absentiæ alleget, & alium terminum assignari petat, *Besold. in delibat. hic q. 21. in pr.* maximè si arduam, vel gravem defensionē, aut causam habeat, *per c. querelam. 2. v. in gravibus causis. ext. de procurat.*

63 LIMITAT † autem Wesenb. *n. f. ff. si quis caut.* nisi impedimentum prævideri potuit, aut diuturnum sit, v. g. morbi, vel dignitatis. Ergo is tantùm morbus à constituendo procuratore excusat, qui

qui in dies mutationem recipit, nõ perpetuus. Ratio: ne propter huiusmodi impedimẽta perpetua jus adversarij opprimatur, aut perdatur, quod esset iniquum, *Mynſ. loc. cit. n.3; Besold. loc. cit. §. sed in utroque.*

64 LIMITANT † SECUNDÒ: ut ex temporalibus ille tantùm morbus excuset, quem *Sonticum* vocant, hoc est, qui cuiusque rei agendæ impedimento est, *per L. quæsitum. 60. ff. de re judic*, secus si quis levissimá febri correptus esset, aut tam veterem quartanam habeat, ut omnibus negotijs superesse queat, *d. L. 60.*

65 LIMITA † TERTIÒ: nisi impedimentum sit voluntarium, puta, quia peregrè profectus sit, vel aliàs non probabile, puta ex absentis delicto proveniens, ut est in relegato, is enim ab onere constituendi procuratorem non excusatur, *per L. Papinianus exuli. 20. ff. de minor. L. sed & si. §. adversus. 26. ff. ex quibus causis.* Mynsing. *loc. cit. n. 5.* ubi cum Besoldo

66 SUBLIMITAT: † ut in casibus, quibus impeditus procuratorem mittere debet, nihilominus excusetur, si non possit habere copiam procuratoris apud judicem, ad quem citatus est, vel idoneum

procuratorem invenire, *per* L. *sed si* §. *1. ff. ex quib. caus. major.* vel ita in vinculis custodiatur, ut non habeatur ad eum accessus, *vide Besold. loc. cit. in fin.* vel denique causa sit gravis & ardua, *d. c. 2. ext. de procurat.* his enim in casibus excusatur is, qui impeditus est, si non constituat procuratorem, *per* L. 1. *v. proinde. ff de divers. temporal. præscript.*

67 LIMITAT † QUARTÒ: idem Mynsingerus *loc. cit. n. 2.* ut licet quis præcisè nō cogatur procuratorem mittere: subinde tamen cogatur causativè, si nimirum præscriptionem interrumpere velit, ab adversario contra eum cœptam, vel impedire, quò minùs actio temporalis, v.g. injuriarum, perimatur, aliàs præscriptio suo Marte, non attento impedimento, curret.

68 LIMITAT † QUINTÒ Wesenb. *n. 4. h. T.* ut illi, qui per se litigare non possunt, (cujusmodi sunt personæ illustres) inviti cogantur in judicio procuratores dare, per L. *pen. cum auth. seq. C. h. T.* Steinhus. *h. n. 5.*

69 LIMITAT † SEXTÒ: Besold. *loc. cit.* ut actor, quamvis valetudine affectus, tamen procuratorem mittere debeat, per

text. in L. *1. v. planè, ff. de diverſ. & temp.* maximè ſi impedimentum contingit ante litem cœptam, *arg.* L. *16. §. 1. ff. de legationib.* quia in actoris poteſtate eſt, quando agere velit, *L. 24 ff. de R. I.* reus autem præter ſpem ad judicium trahitur, nec habet poteſtatem, quando conveniatur, *L. purè. 5. §. f. ff. de dol. mal. & met. except.*

LIMITATUR † SEPTIMÒ: ut in Camera Imperiali ex ordinationis præſcripto, *p. 1. tit. 25.* Cauſæ non aliter agitari poſſint, quàm per procuratorem, Steinhuſ. *h. n. 5.* ubi hoc paſſim in alijs quoq; curijs obſervari teſtatur. 70

QUÆRITUR † OCTAVÒ: utrum è contrario judex aliquem cogere poſſit, ut ipſe in propria perſona ad judicium veniat, vel impedire, quò minùs alium quempiam procuratorem ſuo loco mittat? ad hoc RESPONDETUR, in cauſis civilibus aliquem cogi non poſſe, ut ipſe vel agat, vel conveniatur, omiſſo procuratore, *L. f. c. h. T. L. præſenti, 6. §. cùm autem 3. C. de his, qui ad Eccleſ.* Steinhuſ. *h. n. 5.* Rosbach. *loc. cit. n. 21.* Subinde † tamen magiſtratus juſtas & vehementes ob cauſas aliquem ita vocare poſſunt, ut 71 72

ipſe

ipse veniat, & se in judicio sistat, *d. L. f. L. 1. §. 2. ff. de vent. inspic. arg. c. ult. de procurat. in 6.* Quænam autem sint causæ illæ? vide apud gl. *in c. 1. ext. de judic. & in d. L. f. v. justiores.* Confer *infr. q. 32.* ubi videbimus, quando procurator repelli possit?

73 QUÆRITUR † NONÒ: Quinam procuratores dari, vel esse possint, aut non possint? ad hoc RESPONDETUR, omnes illi, qui legitimam personam standi in judicio habent, & qui ad postulandum pro alijs admittuntur, & quicumque expressè non prohibentur, per *L. mutus. 43. ff. h. T. VVesenb. h. n. 4. §. quinam. Freigius*

74 *n. 2. Rosbach. loc. cit. n. 7.* Vnde † nihil interest, sive paterfamiliâs sit, sive filiusf. nam & hic procurator dari potest, & ad agendum, & ad defendendum, *L. filiusf. 8. §. ipse. ff. h. T.*

75 Prohibetur † autem PRIMÒ: servus, *arg. L. servum. 33. in pr. h. T. L. servus. 6. C. de judicijs. VVesenb. n. 4. & n. 11. h. T.* quia videlicet legitimam personam standi in judicio non habet, *L. 1. C. de precib. Imp. offer. d. L. 6. Steinhus. h. n. 8. VVesenb. d. n. 4. v. servus.* ubi limitat, & dicit, quod extra judicialibus servus re-

ctè

ctè præficiatur, uti passim sub tit. *de instit. & exercit. act.*

Secundò † Procurator esse nequit monachus, quia servo æquiparatur, *Nicol. Everhard. in locis legal. hoc à servo ad monachum. 24. n. 4.* 76

Tertiò: † Procuratoris officium habere nequit excommunicatus, *c. intelleximus. 7. ext. de judic. c. prudentiam. 19. §. 6. de off. deleg.* repellitur enim ab agendo, patrocinando, & testificando, *c. decernimus. 8. de sent. excommunic. in 6. c. post cessionem. 7. ext. de probat.* 77

Quartò † Clerici in causis laicorum, *Panorm. c. 1. h. T. L. placet. 17. C. de Episcop. & Cler. VVesenb. h. n. 11. Steinhus. h. n. 8.* qui procuratores esse non possunt, ne à divinis obsequijs avocentur, *c. sicut. 6. caus. 2. q. 7.* 78

Quintò: † Ad procurationem non admittuntur milites, *L. neque. 54. ff. h. T.* ne quidem pro patre vel matre, vel etiam uxore, & nec ex rescripto Imperatoris, *L. militem. 7. C. h. T.* idque publicâ utilitate prohibente, ne videlicet à publico jure militiæ per negotia privatorum avocentur, *VVesenb. h. n. 4. Steinhus. h. n. 8.* quod in tantum verum est, ut ne volente 79

quidem

quidem adversario procurare possint. L. 8. §. milites. h. T. ubi
80 LIMITATUR: nisi † in rem suam procuratores dati sint, vel communem causam omnis sui numeri persequantur, vel suscipiant, adeóque nisi nomine suæ cohortis agant; quia talis procuratio concessa est. Nam milites, qui stipendia merentur, suis negotijs superesse, sine offensa militaris disciplinæ possunt. Nec
81 potest † dici, eum qui honestâ causâ præcedente mandatas sibi actiones exercet, alieno negotio fungi: cùm licet contentio ex persona alterius bonâ fide sumatur, hunc tamen rem suam agere, non ambigitur; quod militibus interdici non modò absurdum, sed etiam iniquũ est, *L. qui stipendia. 9. C. h. T.*
82 LIMITA † SECUNDÒ: ut quamvis miles non possit, nec volente quidem adversario, actionem intendere, si tamen tempore litis contestatæ non fuit eo nomine opposita exceptio militiæ, actio procedat, *L. ita demum. 13. C. h. T. L. filiusf. 8. §. veterani. ff. eodem.* vel quia per litis contestationem dominus litis efficitur, ut jam non amplius alienum, sed proprium negotium agere videatur; vel quia

quia is, quia non obijcit exceptionem procuratoriam, tacitè admittit militē, *Bachovius ad VVesenbec.n.4.ff.de militibus.* multa autem tacitè permittuntur, quæ expressè prohibentur.

LIMITATVR † TERTIÒ: Ut Veterani 83
procuratores fieri possint, *L. 8. §. veterani, h. T.*

SEXTÒ Fæminæ † quoque in judicio 84
procurare vetantur, quia alienam suscipere defensionem civile officium, & à pudore sexûs alienum est, *L. alienam. 18. C. h. T.* tum quia mulieres pro alijs intercedere non possunt, sed obligationi per SC. Velleianum eximuntur, *tot. tit. ff. & C. ad SC. Velleian.* Atqui in procuratione judiciali intercessio quædam est, quia procurator rem alienam suâ fide, suóque periculo suscipit, L. *non distinguemus. 32. §. 2. ff. de recept. VVesenbec. h. n. 4.* & quia per litis contestationem fit novatio, atque ita suscipitur aliena obligatio, L. *11. §. 1. ff. de novat. Bachovius in notis ad eund. §. fæminæ.* Hoc tamen, quod de mulieribus dictum est,
AMPLIATVR, † ut ne pro filijs quidem 85
rectè agant, L. *liberto. 30. §. f. ff. de negot. gest.* LIMITATVR † primò, ut negotia 86
aliena

aliena agere possint, si mandatæ eis sint actiones, adeóque in rem suam, & proprium lucrum agant, *L. quia. 4. C. h. T.*

87 LIMITATUR † SECUNDÒ: Ut fæminis pro parentibus agere interdum causâ cognitâ permittatur; si fortè parentes morbus aut ætas impediat, nec quemquam habeant, qui agat, *L. fæminis. 41. ff. h. T.* idem concedit Wesenb. *loc. cit.* si pro liberis agere in hoc casu velint.

88 LIMITATUR † TERTIÒ: Nisi pro libertate agant' *L. 3. §. 1. ff. de liberali causa.*

89 *Steinhus. h. n. 8.* quòd † autem mulier extrajudicialibus rectè præficiatur, nullum dubium est, *L. 1. §. parvi. 16. ff. de exercit. act. L. quicunque. 1. in pr. L. sed si. 7. ff. de instit. act.*

LIMITANT † QUARTÒ: Ut vxor pro liberando captivo desertóque marito possit intercedere, & procuratrix esse, *arg. L. 3. §. si mulier. 11. ff. de lib. hom. exhib.* quia carcer species servitutis est, *per L. 2. ff. de lib. homin. exhib. Steinhus. & Wesenb. loc cit. Gail. 1. obs. 133. n. 9.*

90 SEPTIMÒ. † Decuriones non possunt esse procuratores; *L. si quis. 34. C. de decurion. lib. 10.* aliique digniores; quia vile procuratoris officium est. *Wesenb. h. n. 4.*

h. n. 4. Verùm cùm ipse decurionatus fuerit vilis dignitas, & decuriones ità curiæ addicti, & quasi affixi, ut nisi beneficio Principis eâ liberari non potuerint, *Bachovius ad VVesenbec. n. 4. ff. de decurionibus* capere non potest, quomodò comparatione illius muneris procuratio fuerit vilitas infamissima, ut in *d. L. 34.* appellatur, ut propterea & ipse decurio, & is, qui eum procuratorem constituit, pœnâ gravissimâ afficiantur, putat proinde, quòd illo tempore debuerit aliquid speciale fuisse.

OCTAVÒ: † A procuratore excludit Wesenbec. *loc. cit. & n. 11.* Medicos & Professores, vel ideò, ne dignitas eorum dehonestetur, vel ne ab utilioribus avocentur. Idem Wesenbec. *n. 7. C. de Advocatis divers. judic.* putat, Advocatos officio procuratoris abstinere debere, eo ipso, quia his digniores sunt. 91

NONÒ: † mutus & surdus procuratores dari possunt, non quidem ad agendum in judicio, & persequendam litem (quia nec postulare possunt, *L. 1. §. 3. ff. de postul.*) sed ad administranda negotia extrajudicialia, *L. mutus. 43. in pr. ff. h. T.* Furiosus dari non potest, *L. 2. h. T.* 92

93 DECIMÒ: † Redemptores alienarum litium ex mente Wesenbecij procurare non possunt, *per L item. 15. C. h.T. L. si contra. 20. C. & per L. si remunerandi. 6. §. maritus. ff. mandati.* quia etiam ab advocationis officio repelluntur, *L. si qui. 5. C. de postul. L. 1. §. in honorarijs. ff. de var. & extraord.* vide eundem Wesenbecium *num. 11.*

94 UNDECIMÒ: † Reum quoque criminis constitutum defensionem suscipere non posse, antequam purget innocentiam suam, rescripsit Alexander *in L. reum, 6. C. h. T.* Si ergo accusatus ex delictis publicorum judiciorum pendente causa dari non potest procurator, multò minùs damnatus potest, post Zasium *h. n. 10.* Steinhus. *h. n. 8.*

95 DUODECIMÒ: † Procuratoris officium subire nequit fiscus, universitas, aut civitas, *per L. 3. & t.t. C. ne fiscus vel respub. procurationem.* idque ex mente Wesenbecij ideo: ne potentia vel gratia in re privata causam alterutrius partis reddat deteriorem, *Rosbach. h. n. 9.*

96 E contrario. DECIMÒ TERTIÒ: † Syndicus Universitatis procurare non prohibetur, *VVesenb. h. n. 4.* per Rationem

nem

nem: quia licet Syndicus totam repræsentet civitatem, *L. 1. §. 1. ff. quod uniusq; universitatis* tamen extra fines sui officij nihil aliud est, quàm privata persona, & non ut Syndicus agit, aut defendit, sed intervenit, ut quilibet alius procurator privati. Neque absurdum, aut novum est, ut unus & idem diverso respectu diverso jure censeatur, *Gail. 1. obs. 30. n. 4. idem tractatu de arrestis c. 6. n. 14. & seqq.* Limitat † tamen Wesenbecius: nisi aliunde gratia ejus aut potentia ostendatur nimis esse formidolosa, *t. t. C. ne liceat potentioribus.* 97

DECIMÒ † QVARTÒ: Qui reipubl: 98 causâ absuturus est, aut morbo perpetuo tenetur, aut magistratum initurus est, aut invitus judicium pati non potest, idoneus defensor esse non intelligitur, *L. neque. 54. ff. h. T.* & si procurator esse velit, repudiari potest *Wesenb. n. 4. circ. f.* Confer notata *tit. de Syndico q. 21. resp. 7.* De infamibus, & minorennibus, separatim videbimus.

QVÆRITVR † itaq; DECIMÒ: Utrum 99 minorennes possint esse procuratores, nec ne? ad hoc RESPONDETVR, de Jure Canonico non posse, *c. qui generaliter, 5.*

ter. 5. §. ult. de procurator. in 6. Ratio ;
100 quia † non habent legitimam personam standi in judicio, *L. 1. & 2. C. qui legit.* & propria negotia per se curare non possunt, *pr. inst. de curat.* sed per curatorem litigare coguntur, *arg. L. 2. C. de his. qui accus. nō poss.* vel per curatores suos, *L. Clarum. 4. C. de author. præst.* tantum abest, ut alienas lites persequi rectè queant, *arg. §. item major. 13. inst. de excus. tut. L. f. C. de legitima tut. VVesenb. h. num. 4.*

101 Hæc † ratio plausibilis est, sed non infallibilis. Nam in propria causa per se litigare, vel in judicio stare nequeunt, propter metum damni & læsionis, quam ibi facillimè incurrere possunt: in aliena causa, si propter fragile judicium circumveniantur, fit id periculo ejus, qui eos procuratores dedit, *Besold. in delibat. q. 10. in fin.* Itaque

102 De jure civili potest minorennis esse procurator, *per text. in §. istæ autem. 5. inst. quib. ex caus. manum. non licet*, ubi dicitur: quod minor 20. annis servum majorem septendecim procuratoris habendi gratiâ justa de causa manumittere possit. Neque textus ille de procuratore

ad

ad negotia intelligi poteſt, cùm ſervus etiam minor 17. annis, imò adhuc puer, ad negotia procurator eſſe poſſit, *L. ſed & ſi quis. 7. §. 2, cum L. ſeq. L. nam & plerique. 8. ff. de inſt. act. L. 1. §. parvi, 16. ff. de exercit. L. 3. §. 4. ff. de negot. geſt.* Ergo, ut juſta cauſa manumiſſionis ſit, neceſſariò de procuratore in litem intelligi debet, *Steinhuſ. hic n. 8. Beſoldus in delibatis h. q. 10.*

Quamvis † autem minorennis poſſit 103
eſſe procurator in judicio; tamen non eſt idoneus, *per L. exigendi 12. C. h. T. Rosbach. prax. civil. tit. 19. n. 7. Steinhuſ. h. n. 8. VVeſenbec. n. 4.* ubi dicunt; id fieri propter beneficium reſtitutionis in integrum. Ergo adverſarius non cogitur admittere minorem procuratorem, *arg. L. exigendi. 12. C. h. T.* quia facilè aliquid accidere poteſt, ut lædatur minor, qui reſtitui poteſt, Bachovius *ad VVeſenb. n. 4. §. ſequitur,* ubi infert; † ſi 104
admiſſus fuerit minor, judicium non eſſe *ipſo jure* nullum, cùm ſæpè peragi poſſit citra læſionem minoris, & hoc ipſo, ſi ab ipſo geſta per reſtitutionem in integrum reſcinduntur, nõ ſunt ipſo jure nulla. Putat † quidem Beſoldus 105

loc. cit. minorem ob beneficium restitutionis non debere pro inepto, vel minus idoneo judicari, eò quòd dominus non restituatur ex persona procuratoris minoris, sibi enim imputare debet, quòd minorenni, rebúsque gerendis minus idoneo causam suam commiserit, *L. cùm mand. 23. ff. de minor. L. 3. §. 4. ff. eodem*, & si minor restitueretur in causa aliena, per eum etiam majori subveniretur, quod Prætori nequaquam propositum fuit, *L. 3. §. 4. ff. eod.*

106 Verùm † quidquid sit, licet in favorem tertij negetur minori restitutio; tamen facilè accidere potest, ut lædatur etiam in sua persona minor, ita ut restitui debeat, & judicium elusorium reddatur cessante executione, *arg. d. L.*

107 De hoc † dubium non est, quòd minor 25. annis defensor idoneus non sit, & spontè pro reo intercedere non possit in causis, in quibus in integrum restitui potest, *L. minor 51. ff. de procurat.* idem putat Besoldus esse, si conjuncta persona pro conjuncta experiri velit. Rationem

108 † differentiæ reddit istam; quia minori, si suâ spontè, sine mandato ageret pro conjuncto, vel defenderet reum, per in integrum

integrum restitutionem succurreretur, *L. 3. §. 4. vers. sed an hoc auxilium. L. in causæ. 13. ff. de minor.* Ergo idoneus procurator vel defensor non est. Plura de hac quęstióne videātur apùd Harprecht *§. procurator. 1. n. 123. cum seqq. inst. de ijs per quos ag poss.*

Qværitvr † Undecimò: An infamis possit esse procurator, nec ne? Ad hoc Respondetur, olim infamis neque procurator esse, neque procuratorem dare poterat, *VVesenb. h. n. 4. vers. Infames*, & si de facto postulabat, poterat repelli per exceptionē illegitimationis. 109
Verùm † Imper. Justinianus hoc sustulit, & infames procurare permisit, *in §. fin. inst. de except.* ubi rationem reddit: ne dum de infamia & causis infamiæ litigatur, ipsius negotij disceptatio præstoletur, & judicium differatur. Ratio alia: quia tanta est copia & multitudo infamium, ut idoneos eligere non sit integrum, & si alij exspectandi essent, sæpè indefensi litigatores relinquerentur, *Harprecht. ad d. §. f. v. 4. Bachovius ad VVesenb. n. 4. §. infames.* Ratio autem 110
† differentiæ, cur infames possint esse 111
procuratores, & non advocati, est ista:

quia advocati munus nobile est, *L.2. C. de postulando.* infames autem ab omnibus honoribus & dignitatibus arcentur, *L. 2. C. de digni. l. 12. L. un. C. de infam: L. 10. L. nequis, 38. C. de decurion. c. infamibus 87. de R. I. in 6.* sed procuratorum munus vile censetur, L. *si quis. 34. C. de decurion. VVsenb. h. n. 4. v. infames Iul. Pac. h. n. 1. Rosbach. h. n. 9.* Hoc tamen, quòd infames procuratores esse possint,

112 LIMITANT † Doctores PRIMÒ: non esse intelligendum de infamia, quæ ex publicis delictis emersit, *arg.* L. *reum. 6. C. h. T.* Steinhus. *h. n. 8.*

113 LIMITATVR † SECVNDÒ: Ut de Jure Canonico procurator famosus pro Ecclesiasticis personis non admittatur, sed tantùm pro Laicis & Secularibus, *VVesenb. loc. cit.* ídque indistinctè tam in rebus Ecclesiæ, quàm patrimonialibus Clericorum, tam in litem, quàm extra litem, *arg. c. judicatum. 89. dist. & c. quia Episcopus. 6. q. 3. c. 2. caus. 3. q. 7. Steinhus. loc. cit.*

114 LIMITATVR † TERTIÒ: Ut moribus nostris in judicijs bene constitutis infamis procurator non admittatur,

Gail.

Gail. 1. obs. 43. n. 6. 7. & n. 8. ita ut hac in parte Juri Canonico stetur, *Rosbach. n. 9.* præsertim in Camera Imperiali, ubi procuratoris officium non est vile, sed honorabile, tam ratione personarum (quia nemo ibi in procuratorem recipitur, nisi sit Doctor, vel Licentiatus) quàm loci, quia Camera supremum Imperij Consistorium est, *id. ibid. Gail. d. num 8.*

115 QVÆRITVR † DVODECIMÒ: An aliquis possit dari procurator in re sua propria? Ad hoc Respondet Wesenb. *n. 4. circa fin.* quòd non, per Rationem: quia tollitur relatio inter procuratorē, & dominum, mandantem & mandatorium necessaria.

116 LIMITAT † tamen: nisi detur respectu juris, quod tertius in re sua habet. Sic creditor dominum pignoris rectè dabit procuratorem in causa hypothecaria ad actionem Servianam instituendam, *L. licet. 42. §. is. cui ff. h. T.* ubi Paulus JC. adhuc aliud exemplum affert, & dicit: quod fideicommissarius, cui ex SC. Trebelliano restituta est hæreditas, ipsum hæredem restituentem jure dare possit procuratorem, quia amplius do-

 minus

minus non eſt, & non videtur, quiſquam id capere, quod ei neceſſe eſt alijs reſtituere, *L. non videtur. 51. ff. de R. I.* ſic putat Weſenb. *loc. cit.* quòd maritus ab uxore in cauſa dotalitij, quod uxori in bonis proprijs mariti conſtituitur, procurator dari poſſit, reſpectu juris, quod habet in bonis ejus.

117 QVÆRITVR † DECIMOTERTIÒ: An poſſint unius litis plures procuratores dari? Ad hoc Reſpodetur: quòd ſic, præſertim ſi lis ſit plurium perſonarum, *L. ſi quis 31. §. f. h. T.* Imò etiam unius idémque ſucceſſivè, & diverſis temporibus plures procuratores dare poteſt, cùm enim poſſit dividere actionem, & petere partes, poteſt etiam dare tot procuratores, *Bachovius, in not. ad VVeſenb. n. 4. v. de pluribus.*

118 QVÆRITVR † DECIMOQVARTÒ: An plures procuratores ſimul dari poſſint? Ad hoc Reſpondetur quòd ſic. Et ſi quidem duo procuratores ſimul (non adjecto *in ſolidum*) deputentur, in ſolidum dati non intelliguntur, ſed pro parte tantùm, ita ut unus ſine altero agere non poſſit, & nō debeat admitti, *VVeſen. h. n. 9.* ſecus ſi in ſolidum ſint conſtituti,

&

& conjunctim, tunc illius melior erit conditio, qui per litis contestationem negotium primitùs occupavit, *c si duo. 6. de procurator. in 6.* ubi plura ad hoc propositum vide, adde L. *pluribus. 32. ff. h. T.* Vbi dicitur; † quòd pluribus procuratoribus insolidum datis occupantis melior sit conditio, ita ut posterior non sit in eo procurator, quod prior petit. Ergo si plures simul constituantur, non adjecto, an insolidum, eo casu non in solidum constitutos putat Mynſ. *cent. 1. obſ. 47.* nisi plures constituerit, *& utrumq; illorum*, tunc enim propter illam dictionem in solidum constituti videntur, Steinhuſ. *h. n. 3.* ubi putat, eo casu omnes debere & posse exequi procurationem, & rem demandatam simul & conjunctim: Nec obstat textus *in L. 24. in fin. ff de administ. tut.* ubi dicitur; quòd duo simul eandem causam, & pro una persona agere non possint. Nam id eò pertinet, quòd pluribus simul constitutis potior sit conditio occupantis: sin successivè, prior per posteriorem revocatus intelligatur, *L. 31. & 32. h. T.* Bachovius *ad tit. seq. n. 4.* ubi cogitandum relinquit, quomodo *c. 6. de procurat. in 6.* 119

cum

cum c. pen. ext. de procurat. conciliandũ sit.

120 Hoc certum † est, quòd per partes constituere procuratores non liceat. Ratio: ne in plures adversarios altera pars cum incommodo distrahatur, *L. 1. in f. cum. L. seq. ff. de exercit. L. 3. ff. famil.*
121 *hercisc.* Ex quo † infertur: si cui debentur 10. fl. quòd non possit creditor plures procuratores dare, ad petendum, vel debitor duos ad defendendum, quorum unus 5. fl. alius alios 5. fl. petat, vel, non deberi, defendat, *L. non tamen 38. ff. h. T.* & si creditor de facto dederit, poterit reus excipiendo petere, ut causa integra simul agatur, *Bachoviúsq; loc. cit.* Itaque dividi quidem potest actio, sed reus non cogitur ita excipere actionem, *idem ad tit. seq. n. 4.*

122 Hoc etiam Julianus respondit, eum, qui dedit diversis temporibus procuratores duos, posteriorem dando priorem prohibuisse videri, *L. si quis. 31. in f. h. T.*

123 QUÆRITUR † DECIMOQUINTÒ: Utrum invitus quis cogatur procurator esse? Ad hoc Respondet Ulpian. *in L. 8. §. 2. ff. h. T.* quòd non, & declarat, quòd invitum accipere debeamus, non eum tantùm,

tantùm, qui contradicit, verùm eum quoque, qui consensisse non probatur, ad idem est textus *in* L. *invitus* 17. *C. eod.* cui Wesenb. *h. n.* 4. addit; quòd invitus dicatur, qui neque dicto, neque facto præsefert consensum. Ratio responsi est: quia cum procuratore contrahitur: atqui contractus sunt ab initio voluntatis, Ergo invitus dari nō potest, *Steinhus. h. n.* 3.

Id autem † ampliatur *in d.* L. 17. ut 124
procurationem invitus etiam nemo cogatur ultra, nisi procurationis causâ extendere, adeóque non cogitur procurator in secunda instantia, id est, in judicio appellationis servire, vel operam suam præbere, *VVesenb. n.* 11. *h.* quia sufficit in paucis rebus amici consuluisse, L. *tutori.* 20. *C. de negot. gest.* LIMITATVR
† autem responsum nostrum, ut in Ca- 125
mera Imperiali procuratores inviti cogantur procurare, nam ibi inter Advocatos & Procuratores nullum discrimen habetur, *Gail.* 1. *obs.* 43. *n.* 2. *Mynst. cent.* 4. *obs.* 32. Fallit etiam in procuratoribus sacri palatij, qui operam suam clientulis locare solent, & hodie in omnibus procuratoribus, publicè in curia

curia constitutis, *Steinhus. num. 3.* Sed jam

126 QVÆRITVR † DECIMOSEXTÒ: Utrùm is, qui procurationem semel succepit, cogatur invitus postea judiciũ suscipere? Ad hoc Respondet Ulpian. *in* L. 8. §. *fin. h. T.* omninò cogendum esse, nisi justæ causæ excusent, ut puta, si inimicitiæ capitales intervenerint inter ipsum procuratorem & dominum. Item si dignitas accesserit procuratori, vel reipubl. causâ absfuturus sit. Vide de hoc plura *inf. q. 28. resp. 1.* Hactenus de personis, nunc de rebus, vel causis.

SVMMARIA.

127. *In quibuscunque causis reg. procurator constitui potest.*

128. *Etiam futuris.* 129. *& pendentibus?*

130. *In prima & secunda instantia.*

131. *Etiam in liberali causa.* 132. *& accusatione ingrati.*

133. *Non tamen in interdicto de liberis exhibendis.*

134. *Neq; in actionibus popularibus.* 135. *nisi ex parte rei.*

136. *An tunc, si quis de via publica agit?* 137. *vel de sepulchro violato?*

138. *An*

167. *An reus absens causas absentiæ reddere? vel alias exceptiones meritæ causæ non concernentes allegare?*
168. *Pro absente quilibet admittitur.*
169. *An pro suo interesse loco accusati?*
170. *An tutor nomine pupilli?*
171. *An alias ex indulgentia Principis?*
172. *Quid si aliquis suam suorúmque injuriam prosequatur?*
173. *Quid si agat ob adulterium ad separationem thori?*
174. *Quid si ex delicto civiliter ad interesse.*
175. *An procurator pro præsente intervenire possit?*
176. *Quid si autem accusationi, vel interrogationibus judicis sit respondendum?*
177. *An in causis fractæ pacis procurator admittatur?*
178. *An absolutio à banno per eum rectè petatur?*
179. *Quid si nihil apponatur?*
180. *Plura remissivè.*
181. *In actionibus famosis procurator admittitur.* 182. *quæ illæ?* 183. *nisi ex delicto descendant.* 184. Plura Summaria vide infra.

QVÆRI-

QVÆRITVR † DECIMÒ SEPTIMÒ: In quibus causis constitui possit procurator? Ad hoc Respondet Wesenbec. *num.* 5. in omnibus causis & negotijs validè adhiberi posse procuratorem, nisi quid disertè exceptum sit, eò quòd hoc edictum sit prohibitorium, *L. mutus. 43. ff. h. T.* quodcunque igitur non invenitur prohibitum, id intelligi debet concessum, *arg. L. 12. ff. de judic.* 127

AMPLIATVR † autem PRIMÒ: Ut dari possit procurator causis non tantùm præsentibus, verùm etiam futuris, aut ad litem futuram, L. 3. *ff. h. T.* & nihil † intersit, utrum ab initio, an cœptâ jam lite constituatur, L. *nihil. 20.* C. *h. T.* 128 129

AMPLIATVR † SECVNDÒ: Ut adhiberi possit in prima & secunda instantia, adeóque etiam appellationes per procuratores ab utráque parte litigantium exercèri possint, L. 2. *C. h. T. L. invitus. 17. C. eod.* 130

AMPLIATVR † TERTIO: Ut etiam in liberali causa is, qui de statu suo litigat, adhiberi possit procuratorem, (non obstante, quòd videri posset actio personalis affixa personę) sive ex possessione 131

E servitu-

servitutis, sive libertatis, de suo statu litiget, L, *servum. 33. §. eum. ff h. T.*
132 Idem † est in patrono, qui libertum per procuratorem ut ingratum accusare potest, & libertus per procuratorem respondere, L. *sed & ea. 35. §. 1. h. T.*

133 Limitatur † autem Primò: Ut in interdicto *de liberis exhibendis* procurator ex parte actoris non admittatur, *VVesenb. h. n. 5. circ. fin.* per Rationem: qui actio personalis est, & soli patri datur, quia in id agitur, ut abducere liceat, quod jus solius est patriæ potestatis.

134 Limitatur † Secundò: Ut in popularibus actionibus, quâ talibus, ex parte actoris procurator intervenire non possit, *L. licet in pr. ff. h T.* L. 5. *ff. de popular. act.* quia publica non sua causa est, & actor non suum, sed populi jus persequitur, *Steinhus. h. n. 7.* Ergo aliud est, si actor suam principaliter injuriam
135 prosequatur: Ex parte † verò rei procurator rectè intervenit, quia privatam causam tuetur, *VVesenb. h. n 5. circ. fin.* Vnde etiam ex parte actoris receptum est, si ita de publico agat, ut etiam privatum commodum defendat, causâ cognitâ permittatur procuratorem dare,

L. *non*

L. non cogendum. 45. §. qui ita. h. T. quia quatenus ratione ejus, quod intereſt datur, hactenus ſapit naturam privatæ actionis, *Bachovius ad VVeſenb. loc. cit.* Vnde† meritò is, qui de via publica agit, 136
& privato damno ex prohibitione afficitur, quaſi privatæ actionis procuratorem dare poteſt, Multóque† magis ad 137
ſepulchri violati actionem is, ad quem ea res pertinet, *L. licet. 42. in pr. ff. h. T.* Sanè aliquando ex cauſa ſepulchri violati poterit agi criminaliter, quo caſu ex parte quoque rei non poterit eſſe procurator, ſed ea perſecutio criminalis diverſa eſt ab actione populari, *Bachovius loc. cit.* Putat etiam Steinhuſ. *poſt Bart. in d. L. licet.* lite jam conteſtatâ in actionibus popularibus procuratorem dari poſſe, eò quod tunc fiant privatæ agentis,

LIMITATVR† TERTIÒ: Ut in fa- 138
moſis & criminalibus actionibus procurator nō indiſtinctè intervenire poſſit, quemadmodum in ſequētibus quæſtionibus amplius dicetur, multò minus in publicis judicijs, *L. pen. §. 1. ff. de pub. judic. VVeſenb. h. n. 5.* Ex parte actoris ideo; quia omnium in accuſando par

eſt cauſa, & jus: ex parte rei propterea; quia executio in alium, quàm in ipſum reum fieri non poteſt, *Bachovius ad VVeſenbec. num. 5.*

139 LIMITATUR † QUARTÒ: Ut actus legitimi per procuratorem expediri nequeant, ut eſt aditio hæreditatis, emancipatio, adoptio, tutoris datio, *per L. 3. §. de off. Proconſ. L. actus. 77. ff. de R. I. Rosbach. prax. civ tit. 20. de mandato n. 12. VVeſenb. n. 1 ff. de option. leg. Bachovius in notis ad VVeſenb. n. 4. de adopt.* quia actus civilis & legitimus perſonas ipſas principales requirit, *arg. L. ea, quæ civiliter. 53. ff. de aquir. rer. domin.*

140 QUÆRITUR † DECIMÒ OCTAVÒ: Utrum in cauſis criminalibus procurator intervenire poſſit, nec ne? Ad quod Reſpondetur, quòd regulariter fieri non poſſit, *L. pen. §. ad crimen. ff. de pub. judic. L. 1. ff. an per alium cauſæ appellat. red. poſ. c. tuæ. 5. ext. de procurat. c. veniens. ext. de accuſat. VVeſenb. n. 5. h. T. & n. 4. ff. de pub. jud. Schneidevvin, §. in ſumma. inſt. de injur. Gail. 1. de P. P. c. 10. n. 1. Vigel. in method. Carol. c. 2. q. 3. Thomas Mezger conſil. crim. 15. n. 117. Harp. ad pr. tit. de his, per quos ag. poſſ.* Declaratur

tur † autem tunc principaliter procede- 141
re, quando crimina tam sunt gravia, ut
pœna relegationis, vel supra relegatio-
nem reo damnato debeat imponi, *VVe-
senbec. d. n. 5. & ad ipsum Bachovius §.
sequens. Rosbach. tit. 19. de procurat. n. 10.
Gail. d. n. 1. & 3.*

AMPLIATVR † autem PRIMÒ: Ut 142
nec ex parte actoris, neque ex parte rei
intercedere possit, adeóque per procu-
ratorem neque accusatio, neque defen-
sio in publicis judicijs permittatur, *Vi-
gel, loc. cit. Gail. loc. cit. n. 7.* Ratio quoad
rem, † & quod ille vel accusatus, vel 143
inquisitus nō possit in judicio criminali
ad sui defensionem constituere procu-
ratorem, est hæc: quia si causa criminalis
per procuratorem agitaretur, ipse & nō
dominus condemnari deberet (senten-
tia enim in procuratorem, non dominū
ferenda, *L. 1. C. de sentent. L. si quis. 31. in
pr. ff. h. T.*) hoc autem justitiæ repugnat,
cùm pœnæ suos debeāt tenere authores,
L. sancimus. C. de pœnis. Ratio secunda: † 144
quia sententia, & judicium hoc ipso
fieret elusorium, *contra L. si prætor. 75.
ff. de judic.* Nam condemnato procura-
tore ad aliquam pœnam corporalem

non posset contra eum tanquam in nocentem executio fieri, & sic crimina manerent impunita, quod exemplo per-
145 nitiosum foret. Ratio † tertia: quia quilibet reus mitteret procuratorem, & hoc modo effugium quæreret, ut pœnam condignam evitaret, *Jul. Clar.* §. *f, q. 32. n. 2. Mezger. loc. cit. Gail. loc. cit.*
146 *n. 2.* Ratio † quarta: quia expedit ipsum reum ad judicium venire, ad hoc, ut Judex ex vultu, aspectu, qualitate personæ, constantia, trepidatione, ex oculorum, sermonisque judicio delinquentis conscientiam observare possit, *Gail. n. 3.*
147 Ratio † quo ad actorem, vel accusatorem; quia ipse se debebat antiquitus ad pœnam talionis inscribere, aut utique extraordinariam, *L. fin. ff. de furt.* L. *ult. ff. de privat. delict. Bachovius ad VVesenbec. num. 5.*

148 AMPLIATUR † SECUNDÒ: Ut in criminalibus etiàm conjuncta persona non admittatur in procuratorem, *Gail. loc. cit. n. 7.* quia hic non removetur ob defectum mandati, sed ob difficultatem executionis.

149 AMPLIATUR † TERTIÒ: Ut regula procedat non solùm in publicis crimi-

nibus,

nibus, sed etiam in privatis delictis, *Gail. d. n. 7.* sic etiam in actione injuriarum, quando criminaliter intentatur procurator intervenire nequit, L. *fin. C. de injur.* §. *in summa inst. eod.* vide Mezgerum *d. n. 117.* ubi loquitur de illis † privatis 150
delictis, pro quibus imponitur pœna corporalis, *Menoch q. 80. n. 13. de arbitr. judc.* Nam etiam in actione injuriarum criminali admittitur procurator, cum non pœna corporis afflictiva, sed mitior venit imponenda, *VVesenb. n. 16. ff. de injur. vid. eund. n. 9. de his qui not. infam. Cofer limit. 1.*

Ampliatur † Quartò: Ut procedat etiam tunc, & criminosus se per procuratorem defendere nequeat, quando judicium *quasi publicum* movetur, v. g. quando tutor accusatur suspectus, L. *non solùm 39.* §. *fin. h. T. post Menoch. de arb. q. 80. n. 11. Mezger. loc. cit. ampl. 2.* qui subinde ad Præfectum vrbis remittitur puniendus, & in tutorem suspectū aliquando animadvertitur in corpus, *Bohovius ad VVesenb. n. 5. §. sequitur.* 151

Ampliatur † Quintò: Ut nec tunc procurator in judicio publico intervenire possit, quando consuetudo 152

vel ſtatutum mutaret pœnam corporalem in pecuniariam, v.g. in adulterio id *Menoch. q. 89. n. 14. Mezger. loc. cit. ampliat. 3.*

153 Ampliatur † Sextò: Vt procedat non tantùm in delictis: in quibus pœna major relegatione imponitur, ſed ipſa relegatio, per *text. in L. 1. ff. an per al. cauſ. appell.* ibi: ſed & ſi ea cauſa ſit, ex qua ſequi ſoleat pœna uſque ad reſductionem, non oportet per alium cauſas

154 agi. Ratio: quia † relegationis pœna non eſt tantùm capitalis, ſed etiam corporalis, quia redigit ad paupertatem, & complures adfert corpori & animo moleſtias, unde etiam mortem interdum ſubſequi, & cauſari videmus, We-

155 ſenbec. *n. 3. ff. an per alium cauſ. appll. idem n. 5. ff. de quæſtion.* ubi licet † exiſtimet pœnam relegationis comparari pœnæ pecuniariæ, & cum relegatione imponenda, procuratorem perinde ac in civili cauſa admittendum; tamen rectè ei hoc loco *n. 5. §. ſequens.* Bachovius contradicit, *per text. in d. L. 1.* ab ipſo Weſenb. allegatum.

156 Ampliatur † Septimò: Vt & jam tunc, ſi pœna pro crimine gravi impnenda

nenda sit arbitraria, procuratori ex neutra parte sit locus; Bachovius *loc. cit.* Mezger. *ampliat. 4.* per Rationem: quia pro qualitate circumstantiarum Judex arbitrium suum ad relegationem usque, vel ultra, ad pœnam corporalem etiam extendere potest, *per L. 4. §. 1. ff. de incend. gl. in §. in summa, v. extraordinaria inst. de injur. L. 1. 4. 6. 7. ff. de extraord. crim.* imò quandoque ad mortem, Wesenbec. *h. n. 5.* ubi infert: procuratori locum non esse, cûm de suspecto tutore quæritur, aut cùm agitur actione injuriarum prætoria, & incerta pœna postulatur.

AMPLIATVR † OCTAVÒ: Vt nec tunc procurator admittatur, quando statutum pœnam mixtam imponit, ut si sancitum sit, ut pro delicto perjurij manus amputetur, si pro illo cōdemnatus intra mensem non solveret centum, *Mezger ampliat. 4.* Ratio: quia pœnâ pecuniariâ non solutâ succederet corporalis. 157

AMPLIATVR † NONÒ: Vt in publicis delictis non admittatur procurator, licet pœna sit minor relegatione, L. *pen.* §. *1. ff. de pub. judic.* v. g. in Lege Jul. 158

 de

de Annona, ubi pœna eſt 20. aureorum. L. 2. §. 2. *ff. ad L. Iul. de annon.* & videtur vetus ordo & ratio exercendi judicia publica hic impedimento fuiſſe, *arg. L. 1. ibi. ſed ipſum adeſſe auditorio debere. ff. an per alium cauſ. appellat. red. poſſ. Bachovius ad VVeſenbec. in fin. pr.*

159 Limitatvr † autem Primò: Ut procurator rectè conſtituatur, quando ex cauſa criminali civiliter ad pœnam pecuniariam agitur, vel in qua ex diſpoſitione juris civilis tantùm pecuniaria pœna venit imponenda, L. 1. *ff. an per al. cauſ. appell. Gail, loc, cit, n. 13. Mezger loc. cit. limit. 1. Bachovius loc. cit. n. 5. in pr. & §. ſequens.*

160 Ratio: † cùm enim executio condemnationis facienda ſit in bonis, non autem in perſona, nihil intereſt, ſive reus compareat perſonaliter; ſive per procuratorem ſe defendat, *Mezger loc. cit.* & executio contra ipſum delinquentem, ſive dominum conſtituentem, fieri poteſt, licet abſens ſit, Gail: *d. n. 13.* vbi *n. 14.* aliam Rationem adjungit: quia cauſa criminalis civiliter intentata non eſt propriè criminalis, & ſic ceſſant rationes prohibitivæ ſupra allegatæ.

Limi-

LIMITATVR † SECVNDÒ; Vt ad actionem injuriarum ex L. Cornelia dari procurator possit, L. *licet. 42. ff, h. T.* ubi Ratio redditur: nam etsi pro publica utilitate exercetur, privata est tamen, adeóque si de injuria civiliter agatur, procurator à quacunque persona dari potest, *Iul. Pac. cent. 2. conciliat. Leg. q. 45 per d. L. 42.* 161

LIMITATVR † TERTIÒ; Vt in actione injuriarum etiam criminaliter instituta illustres se per procuratorem defendere possint, *L. fin. C. de injur. §. in summa. 10. inst. eod. c. absens. 3. §. nisi. q. 3. Iul. Pac. loc. cit.* Ratio: quia ex eo non imponitur regulariter pœna corporalis talibus personis. Vnde, 162

LIMITANT † QVARTÒ; Vt regula nostra plerúmque locum non habeat in Jllustri persona, hæc enim ratione dignitatis suæ potest in causa criminali accusare vel defendere per procuratorem, per text. allegatos, *Mezger lim. 3. Gail. n. 12.* quia ipsa per se litigare non potest, L. *quicumque 25. cum auth. seq. C. h. T.* Iidem tamen † ibidem rectè SVBLIMITANT, ut non procedat in causis & delictis gravissimis, quia in eis non 163 164

potest

poteſt etiam Jlluſtris perſona de jure veteri accuſare, vel ſe defendere per procuratorem, *arg. L. tunc. convenit. 15. C. de accuſat.*

165 LIMITANT † QUINTÒ: Ut procurator univerſitatis ſive Syndicus cauſam univerſitatis cum mandato ſpeciali rectè defendat, ſi judicium criminale contra univerſitatem aliquam inſtituatur, *per text. in L. item eorum. 6. §. ſi decuriones. 1. ff. quod cujuſque univerſ. nom. VVeſenb. in 6. ff. eod. Gail. loc. cit. n. 11.* vide plura inf. *tit. dè Syndicis. q. 14. reſp. 2.*

166 LIMITATUR † SEXTÒ: Ut hodie ex parte accuſatoris procurator admittatur, quia ſublata eſt pæna talionis, *Gail. loc. cit. n. 7. VVeſenbec. n. 5. v. & hæc quidem.* Niſi fortè in publicis alia ratio obſtet, quod omnium in accuſando par jus ſit, unde procurator æquè ſuo quàm alieno nomine accuſare poteſt, *Bachovius ad eundem n. 5.* quamvis dici poſſit, procuratoris aliquando intereſſe, potius alieno, quàm ſuo nomine accuſare, quia principalis ſumptus præſtat, & advocatos, & omnia neceſſaria ſubminiſtrat.

167 LIMITATUR † SEPTIMÒ: Ut etiam reus

reus abſens cauſas abſentiæ per procu-ratorem reddere poſſit, L. *abſenſ. 71. ff. h. T. L. inter. 10. ff. de pub. jud.* adeóque licet procurator non admittatur ad diſputandum ſuper ipſo crimine, aut cauſa principali; tamen admittitur ad allegandas cauſas abſentiæ, vel alias exceptiones contra ipſum accuſatorem, vel judicem, non concernentes merita cauſæ, nec crimen propoſitum, *Gail. n. 16.* adeóque ad excuſandum, vel excipiendum procurator admittitur, *Weſenb. h. n. 5. id. n. 4. ff. de pub. jud. Rosbach. n. 11. Gail. loc. cit. n. 10.* ubi exemplum ponit in infirmo, qui comparere non poteſt, vel ſi aliud ſubſit juſtum comparendi impedimentum, *c. ſi pro debilitate ext. de off. deleg.* arg. *L. ſi longius. 18. ff. de judic.* v.g. quòd alibi ſit incarceratus, & licet libenter vellet, non tamen poſſet comparere, *Mezger loc. cit. limit. 4.*

LIMITATVR † OCTAVÒ: Vt multò magis tunc procedat, quando accuſatus eſt abſens, & verè ignorat accuſationem contra ipſum inſtitutam eſſe, tunc enim etiam in capitalibus judicijs defenſio datur, & quilibet pro eo verba faciens audiri debet, *L. reos. 3. C. de accu-* 168

ſat.

sat. text. in L. servum. 33. §. 2. ff. de procu-rat. ubi Ratio redditur: quia publicè utile est absentes à quibuscunque defendi: ubicunque ergo absens quis damnari potest, ibi quemvis innocentiam excusantem, audiri æquum est, Idque ob miserationem, & periculi magnitudinem, *Bachovius ad VVesenb. h. n. 5. §. sequens. Mezger. limit. 4. & 5. Gail. n. 15.* Plura de hac quæstione: an reus criminis capitalis absens possit defendi per procuratorem? vide apud Jul. Pac. *cent. 2. consil. leg. q. 40. per tot.*

169 LIMITATVR † NONÒ: Vt aliquis etiam pro suo interesse, nomine & loco accusati, intervenire possit, ut puta vir pro sua uxore, *Mezger limit. 6.* per Rationem: quòd viri intersit suam tueri uxorem ratione proprij interesse, Idem dicit esse, quando pater pro filio accusato, Episcopus prò Clerico, & Abbas pro Monacho intervenit, *juxta Felinum ad c. meminimus, n. 12. ext. de accus.*

170 LIMITAT † DECIMÒ idem Mezger. *limit. 7.* Vt tutor & curator pupilli vel minoris nomine in criminalibus procurator esse possit, tanquam accusati administrator.

LIMI-

LIMITAT † VNDECIMÒ Gail. *n. 17.* ut ex singulari Principis indulgentia accusato subinde procurator permittatur per rescriptum, adjectâ clausulâ *non obstante.* 171

LIMITAT † DVODECIMÒ: Ut si quis suam suorúmque injuriam persequatur, per procuratorem accusare possit, *VVesenbec. hic. n. 5. Rosbach. n. 11.* Exemplū habetur *in c. tua. 5. ext. h. T.* ubi dicitur: si vir accuset uxorem ratione adulterij, coram judice seculari, ad pœnam legitimam infligendam, non posse intervenire procuratorem, quia tunc se debet ad pœnam talionis adstringere; si verò † coram judice Ecclesiastico velit agere ad separationem, tunc procurator adhiberi potest. Ratio; quia hujusmodi accusatio etsi de crimine fiat, non est tamen criminalis, sed quasi mixta inter civilem & criminalem. Ratio alia potest desumi *ex L. non cogendum. 45. §. 1. ff. h. T.* ubi dicitur: qui ita de publico agunt, ut & privatum commodum defendant, causâ cognitâ permittuntur procuratorem dare. Hinc 172 173

LIMITATVR † DECIMÒ TERTIÒ: Ut si quis ex delicto aliquo non agat 174

crimi-

criminaliter ad pœnam, ſed civiliter ad intereſſe, non prohibeatur procurator intervenire, *Rosbach. d. n. 11. VVeſenb. d. n. 5.* Nam ex pleríſque delictis duplex judicium naſcitur, civile ad intereſſe privatum, & criminale ad pœnam, *L. un. C. quando civilis actio crim. præjud. VVeſenbec. loc. cit. & n. fin. ff. de privat. delict. Mynſ. ad pr. tit. de pub. jud. n. 1. id ad rub. tit. de obligat. quæ ex delict. n. 5.* ita quidem, ut etiam ex furto, falſo, & omni dolo, atque adeo ex delicto publicorum judiciorum civiliter agi poſſit, *Farinac. conſil. 96. n. 41. Harp. §. 1. n. 25. inſt. de pub. jud.* ſed de his plura vide *limit. 1.*

175 LIMITATUR † DECIMÒ QUARTÒ: Ut ſi accuſator vel reus præſens ſit in judicio, per procuratorem verba facere non prohibeatur, Carolina pœnalis. *art. 88. v.* Doch ſoll. Ratio; quia ex præſentia & comparitione criminoſi legi ſatisfactum eſt, cùm per illius præſentiam ceſſet ratio, ob quam procuratoris interventus reijcitur. Eſt enim hic reus ita in manu & poteſtate judicis, ut in illum exequi valeat condemnationis ſententiam, ſi contra eum contingat fieri,

fieri, *Mezger. limit. 2.* Hoc tamen † limitat. Jul. Clarus §. *fin. q. 32. v. item quæro. 16.* ut si accusationi respondendũ, vel alijs interrogationibus à Judice factis reus per se, non per procuratorem respondere debeat, *Vigel. dict. c. 2, q. 3. reg. 1. 2. & 3. in fin.* Confer quæ scripsi *ad Carolin. crim. d. art. 88. n. 8. cum mult. seqq. & art. 47. n. 26.* 176

LIMITATVR † DECIMOQVINTO: Ut in causa fractæ pacis accusatus per procuratorem in Camera Imperiali comparere possit; quia in illo consistorio causæ non aliter, quam per procuratores agitari possunt, Gail. *loc. cit. n. 8.* ubi addit: † absolutionem tamen à banno Imperiali per procuratorem postulari non posse, sed ipsum bannitum personaliter comparere debere, nisi valetudine adversâ, vel alio justo impedimento, de quo legitimè docere debet, impeditus venire nequeat; 177 178

LIMITATVR † DECIMO SEXTO: Ut valeat judicium criminale agitatum per procuratorem, parte altera non opponente, *id. ibid. in fin.* Qui plura † de hac materia videre desiderat, inspiciat Menochium *de arbit. jud. q. 80. per tot.* 179 180

& Farinacium *quæst. 99. p. 1. per tot.* S
cinum *regul. procurator. 389.* ubi 17.
mitationes affert.

181 QVÆRITVR † DECIMO NONO:
in famosis judicijs procurator inter
nire possit? Ad hoc Respondetur:
gulariter loquendo quod sic. Ratio
quia an procurator admittendus sit,
ne, id potissimum ex condemnatio
& qualitate pœnæ cōsideramus an e
modi sit, ut in procuratorem cadat,
non cadat, Wesenbec, *n.5. v. in hac c*
atqui condemnatio etiam in causa
mosa bene in procuratorem cadere
test, quia si quis alieno nomine c
demnatus fuerit, non laborat infa
L. furti. 6. §. si quis. ff. de his, qui not.
182 Licet ergo † actiones depositi, man
tutelæ, pro socio, ob dolum famosa
possint: tamen omnes ex utraque p
procuratorem admittunt, *Bachovi*
VVesenbecium n. 5. §. sequitur.

183 Hoc autem † LIMITATVR: nisi a
nes famosæ ex delicto descendant,
enim illa distinctio adhiberi debet
in priori quæstione adhibuimus, u
videlicet civiliter agatur, an verò
minaliter; si civiliter, locus est p
ta

ratori; si criminaliter, locus non est, nisi illo casu, quo pœna certa pecuniaria, fisco applicanda petitur, Bachovius *loc. cit.* ubi INFERT: quòd † actio furti, vi 184
bonorum raptorum, injuriarum, admittant procuratores, licet naturâ suâ sint famosæ, quia pecuniariæ causæ sunt, si nimirum civiliter instituantur. In ijs enim agitur ad duplum, vel quadruplū, vel ad æstimationem injuriæ actori applicandam: secus si in præfatis causis extra ordinem criminaliter agatur, quia subinde condemnati flagellantur, vel fustibus subijciuntur, vel exilio temporali coërcentur, *L. ult. ff. de furt. L. ult. ff. de injur. L. ult. ff. de privat. delict.*

INFERTUR † SECUNDÒ: Quòd in 185
accusatione suspecti tutoris, quę famosa esse potest, § *suspectus inst. de suspect. tut.* procurator admittatur cum mandato speciali, *L. non solùm. 39. §. f. ff. h. T.* nisi quando arbitrariè agitur, hactenus enim suspecti tutoris causa censetur criminalis.

Atque hæc de causis, in quibus procurator constitui potest, satis. Nunc videamus de modo.

SVMMARIA.

)6. *Alius judicialis, alius extrajudicialis.*
)8. *Quæ forma mandati procuratorij?*
)9. *Communia mandatorum, quæ plerumque inseri solent.*
10. *Clausula generalis,* 211. *rati.*
12. *An dies & annus?* 213. *quæ alia?*
14. *Clausula generalis quæ involvat? an ea, quæ speciale mandatum requirunt?* 215. *sequela.* 216.
7. *Quibusdam specialibus expressis clausula generalis cætera supplet.*
8. *Quænam speciale mandatum requirant?*
9. *Quid procurator vigore sui mandati possit, vel non possit?*
o. *Non pacisci, vel transigere.* 222. *quid si de facto?* 223. *nisi cum libera datus.*
1. *Nec compromittere,*
4. *Nec res administrationi suæ commissas alienare.* 225 *limitatio.*
6. *multò minùs donare.*
7 *Vel debitum remittere.* 228. *distinctio Bachovij.*
9. *Nec in debito liquito juramentum deferre.* 230. *an præstare?*
1. *In generali mandato non veniunt extraordinaria.* 232. *nec criminalia.*
3. *Quid procurator cum libera possit?*

234. *An mandatum ad negotia extendatur ad judicia?*

235. *Vno mandato censetur omne illud mandatum, sine quo alterum expediri non potest.*

236. *Procurator datus ad agendum censetur datus ad defendendum.*

237. *Datus ut confestim agat, etiam post tempus agere potest.*

238. *Datus ad duas res, unam nunc, aliam postea petere potest.*

239. *Omnibus causis datus etiam futuris datus censetur.*

240. *Quodnam ex duobus mandatis attendendum?*

241. *Mādatū obscurū, pro quo interpretādū.*

242. *Mandatum probatur instrumentis, & literis.* 243. *actis,* 244. *testibus.* 245. *præsumptionibus?*

246. *Quam cautionem procurator præstare debeat?*

247. *Mandatum semel susceptum exequendum est,* 248. *nisi procurator justißim. de causa sese excusare poßit.* 249. *pr arbitrio judicis.*

250. *Quid si nulla justa causa subsit?*

251. *Procurator post litem contestatam f dominus litis,* 258. *quamdiu.* 252. *qu effectus?*

253. C

53. Citatio ad quem dirigenda?

54. Actus judiciarij à quo exigendi?

55. An & quomodo sententia in procuratorem ferenda? 256. 257.

59. An etiam procurator negotij fiat dominus? 260.

61. Dominus & procurator mutuò sibi obligantur.

62. Procurator & dominus censentur eadem persona.

Plura Summaria vide infra.

QVÆRITVR itaque VIGESIMÒ: Quomodo constituatur procurator? Ad hoc RESPONDETVR PRIMÒ: quòd solo † & nudo mandato, 186
vel consensu, *pr. inst. de oblig. quæ ex consensu*, quando videlicet quis negotia sua alteri committit, vel mandat, & alter suscipit; & ut ait Imp. *in §. 5. inst. de ijs, per quos ag. poss.* cuicunque permiseris rem tuam agere, is procurator tuus intelligitur *vide VVesen. n. 6. Rosbach n. 13.* ita ut non sit opus certis & solennibus verbis, *d. §. 1.* vel stipulatione. Sicuti autem consensus alius est expressus, alius tacitus, & mandatum aliud expressum, aliud tacitum; Ita RESPONDETVR † 187
SECVNDÒ: quòd procurator aliquando

constituatur expresse, aliquando tacitè. *Expressè*, cùm de negotio exequendo expressè inter mandantem & mandatarium convenit, vel coram paciscendo, vel per nuncium, aut literas, *per L. 2. ff. de pact. & L. 1. ff. mandati*, vel postea ratum habendo, id quod actum est, *Mynſ. cent. 1. obſ. 44. VVesenbec. loc. cit.* ratihabitio enim retro trahitur, & mandato æquiparatur, *c. ratihabitionem de R. I. in*
188 *6.* *Tacitè* † verò, quando talis actus geritur, sciente, & non repugnante domino, ex quo ipsius voluntas & consensus præsumi, & colligi possit, nam consensus etiam tacitus in mandato obligationem
189 inducit, *Rosbach. d. n. 14.* Sic tacitè † mandare videtur, qui præsens patitur alium sua negotia gerere, *L. qui patitur. 18. ff mandati. L. 6. §. 2. ff. eod.* quod in mandato extrajudiciali haud dubiè pro-
190 cedit. Sed † in procuratore judiciali majus dubium est. Rosbach. *tit. 20. de mandato. n. 40.* putat, si quis in judicio agat, & experiatur nomine alterius, eo sciente & patiente, ex eo præsumi mandatum. Sed contrarium, & quòd aliud sit in judicialibus, aliud in extrajudicialibus, Gabriel. L. 2. *tit. de prob. concluſ. 1.*
n. 12.

q. 12. Bachovius *in notis ad VVesenb. n. 6.* pro certo asseverat, quòd reus ejusmodi prætenso procuratori respondere non cogatur. De eo etiam dubitat, an si reus respondeat, hoc domino præsenti possit facere præjudicium, quò minus ille iterum agere possit. Imputet enim sibi, qui respondit non habenti mandatum.
Non † facilè autem ex parte procuratoris mandatum tacitè inducitur, quia hoc ei laboriosius & periculosius accidit, unde non videtur procurator tacendo consentire, *L. 8. §. 1. h. T.* debet ergo actus aliquis positivus intercedere. Sic 191
† tacitè quis censetur mandatum & procurationem in se suscipere, qui literis procurationis, quibus simul pro eo cautio præstatur, acceptis acquiescit, neque contradicit, aut de dissensu suo protestatur, *p. L. si procuratorem. 65. ff. h. T. Clem. 1. de procurat. VVesenb. h. n. 4. & 6.* tunc enim ipsum in omnibus causis & negotijs, ad quæ prædictæ literæ vel instrumenta se extendunt, defendere cogitur. Cùm ad omnia suum præstitisse videatur consensum, *d. Clem. 1.* Putat † 192
tamen Bachovius ex sola acceptatione literarum, quarum contenta fortè igno- 193

rabat, non posse dici satis probatum consensum, quia invitum in hac materia dicimus non eum tantùm, qui contradicit, verùm eum quoque, qui consensisse non probatur, *L. filiusf. 8. §. invitus. ff. h. T.* ídque etiam colligit *ex L. 65. ff h. T.* ubi verba illa: *literis approbatis,* sic intelligit, quasi debuissent in judicio fuisse productæ.

194 Præsumptio † mandati, vel tacitum mandatum, etiam ex eo colligitur, cùm instrumenta causæ principalis, hoc est, quibus causa instrui ac probari potest, apud aliquem reperiuntur, vel ei traduntur, *per L. si mulier. 11. C. de pact. convent. VVesenb. d. n. 6.* quod Bachovius tunc admittit, si quædam alia concurrant, videlicet personæ qualitas, tractatus præcedens & similia, aliàs enim possent custodiæ causâ alicui tradita fuisse, Confer notata *inf. q. 26. in fin. n. 245.*

195 RESPONDETUR † TERTIÒ: Quod constituatur procurator, vel coram, vel absens, per nuncium, vel epistolam, *L. 1. ff. h. T.* quia, ut dictum est, solo consensu constituitur; consensu autem constantia etiam inter absentes, per nuncium, vel epistolam rectè peraguntur, *L. 2 ff.*

de pact.

de pact. L. 1. in fin. ff. de contrah. empt. §. 1. inst. de oblig. ex consensu Hoc tamen Limitat † Paulus J. C. *L. 2. ff. h. T.* dum- 196
modò absens certus sit, vel sciat, se dari procuratorem, vel constitutionem habeat ratam, postquam scire cœpit, *VVesenbec. h. n. 4.* Declarat † idem Paulus 197
cum Vlpiano J. C. *in L. 56. & 7. h. T.* ut procurator præsenti esse videatur, non modò, si mandans, vel principalis ejus in foro sit, sed etiam si in urbe, & in continentibus ædificijs, vel hortis. An autem furiosus in hac materia habeatur pro præsente, vel absente, videatur *L. 2. & ibi interpretes. h. T.*

RESPONDETVR † QVARTÒ: Quòd 198
procurator dari possit purè, & sub conditione, (v. g. si Titius litem moverit) & in diem, id est, usque ad certum tempus & annum, *L. 3. ff. h. T.* vel sine temporis præfinitione, *VVesen n. 6. Rosbach. n. 15.* & ad litem vel præsentem, vel futuram, *d. L. 3.*

RESPONDETVR † QVINTÒ: Procu- 199
ratorem constitui posse vel in judicio, vel extra judicium. In judicio, si dominus ipse ad judicium veniat, & apud acta, vel coram judice procuratorem

det,

det, vel ejus perſonam confirmet, promittendo, ſe ratum habiturum, quidquid ille geſſerit. §. *ſin autem.3.* ubi vide quæ ſcripſi *n. 5. inſt. de ſatiſdat. Rosbach.*
200 *h. n. 15.* & tunc † neque mandato procuratorio in ſcriptis, vel inſtrumento procurationis ejuſmodi procurator indigebit, neque cautionem præſtabit, *d. §. 3.* cùm omnem probationem ſuperet, id, quod apud acta geritur, *L. omnium, ubi Dd. C. de teſtam. Rosbach. tit.*
201 *20. n. 36.* Extra judicium † conſtituitur procurator, vel coram, vel abſens, prout in reſponſo tertio explicavimus, vel coram Notario & teſtibus, vel literis, ſigillo aliquo conſignatis, *VVeſenb. n. 6.* Quo † in caſu procurator in judicio audiendus non eſt, niſi ſufficiens mandatum procuratorium, vel literas mandati judici exhibeat, vel ſatiſdationem debitam præſtet, de quibus pauló poſt. Nemo enim ſine mandato rectè procurator eſſe poteſt, *L. 1. ff. de procurat.*
202 Si veró † dominus abſens procuratorem relevare velit ſatiſdatione, literas ſuas ad adverſarium dirigere debebit, quibus ſignificet, quem adverſus eum procuratorem, & in qua cauſa fecerit: ratúm-

ratúmque se habiturum, quòd cum eo actum sit. Hoc enim in casu postquam adversarius literas acceptavit, vel approbavit, perinde est, ac si præsens in judicio procuratorem dedisset, *L. si procuratorem. 65. ff. h. T.*

203 RESPONDETUR † SEXTÒ: Quòd procurator constituatur vel generaliter ad omnia negotia, vel causas; vel specialiter ad certã litem causámque. Et quamvis † aliqui putaverint, unius rei mandatum suscipientem procuratorem non esse; verius tamen Ulpianus judicavit, eum quoque procuratorem esse, qui ad unam rem datus sit, *L. 1. ff. h. T.* 204

205 Ex his † aliqui constituunt cum potestate limitata, seu circumscripta, aliqui cum libera, id est, adjectâ plenâ potestate, pro domino agendi, faciendi, & administrandi ea omnia, quæcunque dominus ipse agere coram posset, *VVesenbec. h. n. 6. Rosbach. n. 16.* prout jam sup. *q. 3. resp. 4.* explicatum fuit.

206 RESPONDETUR † SEPTIMÒ: Quòd procurator alius detur ad agendum in judicio, alius ad administrandum negotia extra judicium, *VVesenb. h. n. 8.* confer notata sup. *q. 3. resp. 1.*

RESPON-

207 Respondetur † Octavò: Quòd procurator constituatur non solùm ad totam causam, sed ad certum quoque articulum, seu terminũ judicij, *Rosbach. prax. civil. tit. 20. de mandato. n. 12.*

208 Quæritur † Vigesimò Primò: quodnam dicatur mandatum sufficiens, & quænam debeat esse forma mandati procuratorij? Ad hoc respondetur: quòd forma instrumenti procuratorij, vulgò deß Gewalts/non debeat esse alia, quàm ipsius mandati. *Bachovius ad VVesenbec. n. 7. h. T.* & cùm pro diversitate rerum, quæ procuratori committuntur, alio atque alio mandato opus sit, non possit certa forma assignari, vel præscri-

209 bi. Nihilominus tamen † quædam omnibus mandatis communia sunt, & non facilè omittenda, videlicet nomen constituentis domini, & procuratoris constituti; item adversarij, cõtra quem, & judicis, coràm quo, vel apud quem, item causæ, de qua in judicio agitur, nec non actus, ad quos constituitur procurator. Eorum enim præcipui solent exprimi, puta quòd sit datus ad citandum, vel comparendum, offerendum, vel recipiendum libellum; ad agendum. defen-

defendēdum, vel excipiendum, ad litem contestandum, ad probandum, jurandum, ad testes, documenta, instrumenta, tabulas, & similes probationes producendum, ad concludendum, in causa, ad audiendam sententiam, ad appellandum, si opus sit, &c. Quibus † omnibus 20
adijci solet clausula illa generalis suppletoria: *& ad agendum omnia reliqua, quæ ipse dominus si præsens esset, facere posset:* Vnnd alles anders / vermög rechtlicher Ordnung zuhandlen / zuthun / vnd fürzunemmen / daß der Principal selbst / so er jederzeit gegenwärtig were / thun solte / könte / oder möchte / quæ clausula includit omnia, quæ sunt paria expressis, *per c, quid agendum 4. de procurat. in 6. Mynsinger. cent. 4. obs. 99. VVesenbec. h. n.7. Rosbach. tit. de mandato procurat. n 21.* Jllud etiam
†notant, omni mandato, & instrumen- 21
to procuratorio, inserendam esse *clausulam rati*, quòd videlicet dominus ratum habiturus sit, quòd ejus procurator gesserit, *per L. si procuratorem. 65. ff. h. T.* ijdem *ibidem*, ubi addunt; non sufficere ita poni; *quidquid legitimè gestum fuerit*, ne dominus semper cavillari posset, non legitimè gestum esse, *Rosbach. n. 25.*

212 *n. 25. VVesenbec. n. 7.* Denique † annum & diem instrumento procuratorio in-
213 serendum, & aliquo † sigillo publico, vel privato, consignandum: ac in summa stylum cuiusque curiæ circa judicia observandum esse, quæ in aliqua regione observatur, *arg. L. semper. 34. ff. de R I. VVesenbec. loc. cit. n. 7. Rosbach. num. 25. & 26.*

214 QVÆRITVR † VIGESIMÒ SECVNDÒ: An ergo per istam clausulam generalem salvari possint, & nihilominus geri ea, quæ in aliquo mandato fuerunt omissa? Ad hoc RESPONDETVR omninò, nisi, si quæ ita sint comparata, ut speciale aliquod mandatum requirant, illa enim in generali non comprehenduntur, *c. 4. in pr. de procurat. in 6.* ubi dicitur: qui ad agendum & defendendum, & generaliter ad omnia, (etiamsi mandatum exigant speciale) constituitur procurator, ex vi generalitatis hujusmodi ad aliquem articulum, in quo speciale mandatum exigitur, admitti non debet. Sed si aliquis vel aliqui de articulis, speciale mandatum exigentibus, specificati, & clausula generalis adjecta fuisset, tunc ad non expressas etiam admittetur.

Ex

Ex quo † INFERTUR: Quòd si quis 215
habeat mandatum alieno nomine agendi, vel defendendi, additâ clausulâ generali, &c. nullâ autem factâ expressâ mentione litis contestationis, nec conclusionis causæ, nec denique auditionis sententiæ, quòd nihilominus ea omnia peragere, & mandatum ejus, tanquam sufficiens admitti possit, *Mynf. cent. 4. obs 99.* per Rationem: quòd litis contestatio non requirat mandatum speciale: nec conclusio in causa, vel auditio sententiæ, & quòd illa clausula generalis includat omnia, quæ sunt paria expressis.

INFERTUR † SECUNDÒ: Quòd vigore 216
talis mandati non possit procurator juramentum calumniæ præstare, vel deferre, *idem ibid.* per Rationem: quia juramenti cujusque delatio & receptio speciale mandatum exigit, *L. jusjurandum. 18. §. ult. ff. de jurejur:* Procurator ergo absque speciali mandato juramentum deferre non potest; *c. qui ad agendum. 4. de procurator. in 6.* (nisi aut universorum bonorum administrationem sustineat, aut in rem suam procurator sit, *d. §. ult.* Si quis † ergo liberum ple- 217

númque dare vult mandatum, aliqua horum in instrumento exprimere debet, dicendo: *concedo potestatem jurisjurandi deferendi,* &c. ac postea addere generalem clausulam: *& omnia agendi, quæ ipse præsens agere, vel facere posset. VVesen. loc. cit. n. 7. Rosbach. d. tit. 20. n. 21.* quia ut supra dictum, ista clausula includit omnia, quæ sunt paria expressis.

218 QVÆRITVR † VIGESIMÒ TERTIÒ: Quænam ergo speciale mandatum requirant? Ad hoc RESPOND: causa restitutionis in integrum, *L. Pomponius. §. f. ff. de procurat. L. illud. 25. §. si talis. ff. de minor. c. per tuas. c. coram. 7. ext. de rest. in integr. Dd. ad L. un. C. etiam per procurat. caus. restit. in integr. agi posse jurisjurandi. L. jusjurandum. 18. §. fin. ff. de procurat.* præstatio, delatio, relatio juramenti, *Mynf. cent. 1. obs. 70,* matrimonij, & sponsaliorum contrahendorum. *Dd. ad c. 1. & 2. de desponf. impub.* transactionis, *L. mandato. 60. h. T.* compromissi faciendi, *c. per tuas. 9 ubi gl. v. generali mandato. de arbit.* suspecti tutoris. *L. non solùm. 39. §. fin. h. T.* & aliæ, de quibus text. & Dd. *in c. qui ad agendum. 6, de procurat, in 6. VVesenb. h. n. 11. circ. f.*

Rosbach.

Rosbachr. tit. 19. n. 44. idem in ſolutionis receptione, *L. hoc jure, ubi Bart. ff. de ſolut.* in liberatione á ſolutione per acceptilationem, *L. 3. ff. de acceptil.* in remiſſione pignoris, *L. ſi conſenſerit. 7. §. videbimus. ff quibus mod. pign. vel hyp. ſolvit.* idem *Rosbach. tit. de mandato, 20. n. 14.* Mynſ. *cent. 1. obſ. 70.* ubi cenſet, ad jurandum pro quarta dilatione obtinenda ſpeciale mandatum requiri: & ſi procurator habeat ſpeciale mandatum ad jurandum de calumnia, nõ tamen poſſit jurare de veritate dicenda. Nam cùm exigatur qualitas juramenti in ſpecie expreſſa, non extenditur illa ſpecies ad aliam non expreſſam.

QVÆRITVR † VIGESIMÒ QVARTÒ: 219
Quid procurator poſſit vigore ſui mandati? vel non poſſit? Ad hoc RESPONDETVR PRIMÒ: Quòd procurator abſque ſpeciali mandato † non poſſit transigere vel paciſci, niſi ei bonorum vel cauſæ adminiſtratio liberè ſit conceſſa, *c. qui ad agendum. 4. de procurat. in 6.* Ratio: quia procurator agendi, non decidendi poteſtatem habet, *L. tranſactionis. 7. C. de tranſact.* & mandato generali non continetur tranſactio decidendi causâ in- 220

221 terpositâ, *L. mandatu. 60. ff. h. T.* † Eadem de causa non potest sine speciali mandato cõpromittere, *c. per tuas. 9. ext.*
222 *de arbitris.* Quòd si † autem procurator de facto transegerit, & dominus transactionem ratam non habuerit, non posse eum postea ab agendo repelli, *d. L. 60.*
223 Neque obstat † textus *in L. 12. ff. de pact.* ubi dicitur: pactum procuratoris nocere domino, sive specialiter ei mandet, ut pacisceretur, sive omnium rerum procurator fuerit; quia hoc de eo procuratore intelligendum est, qui cum libera, vel cum forma laxiori datus est, vide Wesenbec. *n. 10. ff. de pact.* ubi dicit: quòd pacisci in præjudicium domini non possit, nisi speciale mandatum habeat, aut constitutus sit cum libera, *Bachovius ad VVesenbec. h. n. 7.* Plura de eo: an procurator transigere possit? vide supra *de transact. q. 8. circ. fin.* & apud Schrader. *de mandato num. 39. & seqq.* & apud Rosbach. *tit. 20. n. 22.* ubi in eo concedit, qui cum hac clausula (*quidquid aliud super hoc fecerit*) datus est. RE-
224 SPONDETUR † SECUNDÒ: Quòd procurator totorum bonorum, cui res administrandæ commissæ sunt, res domini

sine

ſine ſpeciali ejus mandato alienare nequeat, exceptis fructibus, aliiſque rebus, quæ facilè corrumpi poſſunt, *L. procurator. 63. ff. h. T. L. procuratorem. 16. cod. Gothof. ad L. 7. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hyp.* vide tamen Jul. Pac. *cent. 2. concil. leg. q. 47.* ubi hoc † verum eſſe dicit in 225
eo procuratore, cui ſimpliciter mandata eſt rerum adminiſtratio; ſecus ſi *libera adminiſtratio* data ſit. Tanta enim eſt vis vocabuli *libera*, ut etiam res domini alienare poſſit, *L. procurator, cui 58. cum L. ſeq. ff. h. T. L. 9. §. nihil. ff. de acquir. rer. domin.*

RESPONDETUR † TERTIÒ: In generali mandato, etiam cum libera, nunquam videtur poteſtas donandi conceſſa, *arg. L. contra. 28. §. f. ff. de pact. arg. L. filiusfam. 7. in pr. ff. de d. nat. L. non abſtulit. 4. C. de novat. L. pactum. 22. C. de pact. L. præſes. 12. C. de tranſact. c. 3. de off. vicar. in 6.* Rationem reddit Roſbach. *n. 31. & ſeq.* quia donare idem eſt, quod perdere; nemo autem ſuum jactare, vel perdere, ſed adminiſtrare potiùs voluiſſe præſumendus eſt. 226

RESPONDETUR † QUARTÒ: Quantumcunque ſit generale mandatum, non 227

tamen ad liberationem, vel debiti remissionem extenditur, nisi hoc nuncupatim exprimatur, *vide Gail. 2. obs. 72. n. 8.* hac ipsa de causa absque speciali mandato non potest procurator liberare, vel liberari à solutione per acceptilationem, *L. 3. ff. de acceptilat.* vel remittere pignus, *L. si consensit. 7. §. videbimus. 1. ff. quibus mod. pign. vel. hyp. solv. Rosbach. loc. cit. n. 14.* quia remittens pignus donare intelligitur, *Gothof. ad d.*
228 *§. 1.* Distinguit tamen † Bachovius *in notis ad VVesenbec. n. 7.* ut pacta quædam sint liberatoria, quæ omninò procurator generalis facere non potest, subinde autem possit causa esse dubia, ita ut is, qui paciscitur, vicissim aliquid consequi possit, & tunc jus paciscendi permitti posse procuratori generali, *per L. contra. 28 in fin. ff. de pact.* ubi dicitur: etsi non debeat ratum haberi pactum conventum, si donandi causâ de pecunia non petenda pactus sit; si tamen pro eo, ut ita pacisceretur aliquid, in quo non minus, vel etiam amplius esset, consecutus fuerit, rata habenda sit pactio.

229 RESPONDETUR † QUINTÒ: Quòd si debitum sit liquidum, procurator ne quidem

quidem cùm libera deferre poſſit juramentum, quia ſpecies eſſet donationis, *c. qui ad agendum. 4. ext. de procurat.* ſed deficientibus probationibus putat Bachovius *loc. cit.* procuratorem generalem, æque atque tutorem, deferre poſſe juramentum, *per L. tutor. 35. L. 17. §. ult. ff. de jurejur.* vide Schneidewin. *§. item ſi quis. n. 103. inſt. de action.* ubi dicit: quòd procurator in præjudicium domini juramentum deferre non poſſit, niſi ſit vel procurator in rem ſuam, vel habeat ſpeciale mandatum; vel generale cum libera, Sed † ad hoc, ut proſit, vel in 230 favorem & commodum domini conſtituentis, juramentum præſtare poteſt abſque mandato.

RESPONDETVR † SEXTÒ: In generali 231 mandato non veniunt extraordinaria. Hinc ſpeciatim petitio reſtitutionis in integrum eſt mandanda, *text. in L. illud. 23. in fin. ff. de minor. c. coram. 7. ext. de reſtit. in integ.* niſi in tribus caſibus, quos vide apud Weſenbec (*etiam per procuratorem*) Confer quæ ſcripſimus *q. 4. lim. 2. ff. de minor. 25. annis.*

RESPONDETVR † SEPTIMÒ: In ge- 232 nerali mandato non veniunt criminalia,

multò minus ipſum crimen mandatum intelligitur, *L. creditor. 60. §. penult. ff. mandati. VVeſenbec, h. n. 9. Rosbach.n.30.* E contrario.

233 Respondetur † Octavò: Quòd procurator, cui generaliter libera administratio rerum commiſſa eſt, poſſit exigere, aliud pro alio permutare, & creditoribus ſolvere, *L. procurator. 58. cum ſeq. ff. h. T.*

234 Respondetur † Nonò: quòd is, qui generaliter conſtituitur ad negotia procurator, agere & experiri poſſit, exceptis his caſibus, qui mandatum exigunt ſpeciale, adeóque mandatum generale ad negotia extenditur etiam ad judicia, *c. 5. de procurat. in 6.* Is tamen, qui generale mandatum ad negotia habet, auditur cum cautione rati, in his quoque cauſis, quę aliàs requirunt mandatum ſpeciale, *per L. quod ſi. 26. ff. de minoribus, ubi Bachovius n. 4. ad VVeſenb.*

235 Respondetur † Decimò: Uno mandato omne illud mandatum cenſetur, ſine quo alterum expediri non poteſt, *arg. L. fin ff. de off. eius, cui mand. L. 1. §. fin eod.* hinc ad judicium petitorium conſtitutus procurator, videtur

etiam

etiam constitutus ad exercenda judicia præparatoria, & possessoria, *VVesenbec, h. n. 4. in pr.* & procurator datus ad rem mobilem petendam, ad exhibendum, rectè aget, *L. ad rem. 56. ff. h. T.* Sic ad legatum petendum procurator datus, adversus hæredem etiam interdicto *de tabulis exhibendis* uti potest, *L. ad legatum. 62. ff. eod.*

RESPONDETUR † UNDECIMÒ: Procurator datus ad agendum, censetur etiam datus ad defendendum, *L. servum. 33. §. æquum. 4. ff. h. T. cum LL. seqq.* maximè in duplicibus judicijs, ex horum judiciorum natura, L. *si defunctus. 15. ff. h. T.* etiamsi ad defendendum mandatum expressum non habeat, *VVesenbec. h. num. 9.* 236

RESPONDETUR † DUODECIMO: Qui procuratorem dat, ut confestim agat, is intelligendus est permittere procuratori, & postea litem peragere, L. 57. *ff. h. T.* multò magis autem procurator simpliciter datus sine præfinitione temporis datus esse intelligitur, ut pro suo arbitratu vel statim agat, vel ex intervallo, cùm ei commodum & opportunum fuerit, *per d. L. VVesenb. n. 9. Rosbach, n. 39.* 237

238 RESPONDETVR † DECIMÒ TERTIÒ: Procurator ad duas res petendas datus poteſt unam ſtatim petere, & alteram poſtea pro ſuo arbitratu, & exceptione non excludetur, L. *fin. ff. h. T. ijdem ibid.*

239 RESPONDETVR † DECIMÒ QVARTÒ: Quòd procurator omnibus cauſis datus, intelligatur etiam datus futuris, ita ut mandatum generale cõplectatur etiam futura negotia, *Rosbach. n. 30. VVeſen. n. 9.*

Quomodo autem interpretandum ſit mandatum, cùm plures procuratores ſimul dantur, id jam ſupra *quæſt. 13.* explicavimus.

240 QVÆRITVR † VIGESIMÒ QVARTÒ: Quodnam mandatum attendendum ſit, ſi procurator habeat duo, præſertim ſi diverſa, unum generale, alterum ſpeciale? Ad hoc RESPONDETVR cum diſtinctione, ſi ſunt diverſo tempore data, tunc poſterius prævalebit, & priori derogabit, juxta regulam: poſteriora derogant prioribus. *L. f. ff. de conſtit. Princip. L. pacta noviſſima. C. de pact.* Si eodem tempore, tunc ſpeciale prǫferendum eſt generali, juxta regulam: generi derogatur per ſpeciem, *c. generi. 34. de R. I. in 6* & illud potiſſimum habetur,

quod

quod ad speciem directum est, *L. in toto. 80. ff. eod. VVesenb. d. n. 9.*

QVÆRITVR † VIGESIMÒ QVINTÒ: 241
Si mandatum sit obscurum, utrum pro domino, an verò pro procuratore sit interpretandum? Ad hoc RESPONDETVR: quamdiu res integra est, tamdiu facultas interpretandi ad dominum spectat, si enim habet jus revocandi, cur non & interpretandi? Siquid autem procurator bonâ fide gessit, & inter ipsum & dominum postea contentio oriatur, an mandato fuerit satisfactum, procuratoris interpretationē sequi debemus, quia domino imputandum est, quòd legem contractui non apertius dixerit, juxta L. *veterib. & ib. gl. ff de pact. L labeo 21. ff. de cont. empt. Rosbach. n 34. VVesenb. h. n. 9. & ibi Bachovius.*

QVÆRITVR † VIGESIMÒ SEXTÒ: 242
Quomodo probetur mandatum? RESPONDETVR, eo modo, quo res aliæ, instrumentis, actis publicis, testibus, & præsumptionibus.

Instrumentis quidem, sive literis, si quæ desuper factæ, vel erectæ sunt. Aliquando enim instrumentum publicum procurationis erigitur à Notario, aliquando

quando privatum à domino, *c. petitio. 9. ext. de procurat.* aliquando literæ ad adversarium diriguntur, *L. si procuratorem. 65. ff. h. T.* an autem solum sigillum sine literis probet mandatum? vide apud Anton. Gabrielem *concluf. 4. de probat. n. 33. cum seqq.* Mascard. *de probat. v. sigillum. concluf. 1309. n. 14. & n. 40.*

243 Actis † autem, cum vel mandatum actis insinuatum est, vel præsens dominus in judicio procuratorem constituit, *§. sin autem. 3. inst. de satisdat.* cùm omnem probationem superet id, quod apud acta gestum est, L. *omnium. 19. ubi Dd. C. de testam. Rosbach. tit. 20. n. 36.*

244 Testibus, † coram quibus negotium aliquod procuratori commissum, & contractus mandati celebratus est, sicut enim geri coram testibus potest, ita & per testes probari potest, per L. *10. C. de fid. instrum.* L. *pacta. 17. C. de pactis. VVesenbec. h. n. 7. Rosbach. n. 38.* qui *n. 36.* notat, mandatum ijsdem penè modis probari, quibus constituitur.

245 Præsumptionibus, † veluti si quis producat instrumenta negotij, seu causæ principalis, quæ nemo sine mandato alicui facilè cessurus præsumitur, *VVesenb. h. n. 7.*

h. n. 7. in fin. Rosbach. tit. 20. n. 39. ubi diſtinguit, ut ſi aliquis ea producat, & probet ſibi tradita fuiſſe à domino, tunc ad procurandum admittatur ſine cautione, ſi non probet, cum cautione rati. Volunt etiam ex ſcientia & patientia domini mandatum præſumi, per L. *qui patitur, 18. ff. mandati.* Confer ea, quæ ſcripſimus ſupra *quæſt. 20. reſp. 2,* & ex conjunctione ſanguinis, ita ut conjunctus pro conjuncto ad agendum admittatur ſine mandato, dummodo caveat de rato, L. *ſed & ex. 35. in pr. ff. h. T. L. maritus. 21. C. eod. Rosbach. & VVeſenbec. loc. cit.* Confer notata *ſup. n. 194. & ſeq.* Atque hæc de mandato procuratorio, nunc de ſatiſdatione.

QVÆRITVR † VIGESIMÒ SEPTIMÒ: 246
An procurator, & qualem cautionem ſive ſatiſdationem præſtare debeat? Ad hoc RESPONDETVR cum diſtinctione: vel enim ſermo eſt de procuratore actoris, vel de procuratore rei. quam cautionem eorum quiſque præſtare debeat, tam copiosè explicavi *ad §. 3. & 4. inſtit. de ſatiſdationibus,* ut nihil deſiderari, vel hoc loco de novo ſuperaddi poſſit.

Poſtquam ergo ſatis de conſtitutione & po-

& poteſtate procuratoris vidimus, nunc de effectu videamus.

247 QUÆRITUR † itaque VIGESIMÒ OCTAVÒ: Quis ſit effectus ſuſcepti mandati procuratorij? Ad hoc

RESPONDETUR PRIMÒ: Primum & præcipuum effectum eſſe iſtum: quòd procurator, qui ſuſcepit mandatum, illud etiam invitus exequi, & abſolvere cogatur, *per* L. 8. *in f. ff. h. T.* vide ſupra *n. 126.* mandatum enim non ſuſcipere cuilibet liberum eſt, ſuſceptum autem exequendum eſt, *§. mandatum. 11.* ubi vide quæ ſcripſi, *inſt. de mandato*.

248 Hoc tamen LIMITATUR: niſi † procurator juſtiſſima de cauſa ſe excuſare poſſit, puta ob inimicitias, quæ poſtea inter ipſum & dominum intervenerunt, vel propter dignitatem acquiſitam, vel propter abſentiam reip. causâ, vel propter valetudinem, aut neceſſariam peregrinationem, vel propter munus publicum ei impoſitum, vel propter hæreditatem ei obvenientem, eúmque multum occupantem, vel propter alias occupationes derepente incidentes, à quibus procurator non niſi cum ſuo damno poſſit abeſſe, *L. filiusfam. 8. §. fin.* cum

cum LL. *seqq. ff. h. T.* ordinata enim charitas incipit à seipso, & iniquum est ad id aliquem cogi, ut suis neglectis aliena provideat, aut prosequatur, *VVesenb. h. n. 8. Confer notata sup. quæst. 16.* ne cui officium suum sit damnosum.

Hoc amplius, † si præsens sit dominus, 249
subinde excusatur procurator; & è contrario, si absens sit, & tractu temporis futurum, ut res pereat, procurator quandoque cum suo incommodo cogendus est, judicium accipere, *L. vel hæreditas. 10. cum seqq. ff. h. T.* Quia in re arbitrium judicis multum valet, qui neque admittere passim excusationes procuratoris, neque eas districtè reijcere, aut procuratorem cogere, sed causâ cognitâ temperare debet, *L. sed hæc. 13. ff. de procurat.*

Quid si autem † nulla justa excusandi 250
causa subsit, anne procurator præcisâ necessitate mandatum exequi tenetur? Bachovius *ad VVesenb. n. 8.* putat, quòd non, cùm enim sit obligatio faciendi, liberatur, si præstet, quod interest, *arg: L. si quis. 13. §. f. in fin. ff. de re jud.* qua in re ego subsisto, quia multi casus sunt, in quibus ad factum obligatus solvendo interesse non liberatur, de quibus alibi,

Itaque

Itaque & hic arbitrium judicis multum, valebit, & quædam cognitio causæ adhibenda erit, quia textus, qui de procuratore non cogendo loquuntur, justam excusationis causam supponunt, *vide* L. *si post* 14. *ff. h. T.* L. *non cogendum.* 45. *in pr. ff. eod.*

251 RESPONDETVR † SECVNDÒ: Alterum effectum suscepti mandati procuratorij esse hunc: quod procurator judicialis post litem contestatam fiat dominus litis, *text. in* L. *procurator.* 11. *in pr. ff. de dol. mal. & met. except.* c. 1. *de procurat. in* 6. L. *procuratoribus.* 22. L. *nulla.* 23. *C. eod.* L. 4. §. *f. ff. de appellat. VVesenb. h. num.* 8.

252 Ex tunc ergo † omnia gerere potest, quæ dominus facere posset, *idem ibid.* ita ut loco suo alium substituere, sicuti vidimus supra *q.* 6. & invitus amplius revocari non posset, *d.* L. 22. L. *post litem* 17. *ff. h. T.* nisi ob causas *d.* LL. expressas, de quibus *infra*, sed cum eo tanquam litis domino causa agenda, *Rosb. tit.* 19. *n.* 24. ita ut citationes ad procuratorem, non dominum sint dirigendæ, *Mynſ. cent.* 2. *obſ.* 39. cæterique actus judiciarij ab illo, non à domino exigendi,

arg.

arg. c. 1. ext. ut lit. non contest. VVesenbec. n. 8. ff. de procurat. & sententia in procuratorem, non in dominum ferenda, L. 1. *C. de sentent. & interlocut.* L. *si quis 51. in pr. ff. de procurat.* & procurator victus per alium procuratorem appellare possit, L. 4. *ff de appellat.* Non tamen actio judicati in procuratorem datur, L. 4. *ff. de re judic. Bach. ad VVesenbec. h. n. 8.* in defensorem autem verum, qui sine mandato intervenit, datur. L. *si procurator. 28. in f. h. T.* confer *q. 29. limit. 3. illat. 2. n. 279.*

Quod autem † de citatione ad procu- 253
ratorem dirigenda dictum est, id limitat Mynsi. *loc. cit.* nisi impeditus esset procurator, tunc enim citari potest dominus.

Quod de actibus judiciarijs à procu- 254
ratore exigendis vel expediendis dictum est, id declaratur & LIMITATVR, ut tamen non prohibeatur dominus propterea causæ simul adesse, cum procuratore post litem contestatam, si ipsum suspectum habeat de collusione, *arg. L. 1. suspecta. 29. ff. de inoff. testament. Rosbach. num. 25.*

Quod † de sententia in procurato- 255

rem ferenda dictum, id LIMITATUR PRIMO; ut intelligendum sit de his, in quibus executio sententiæ perinde fieri potest in procuratorem, ac in dominum, ut in civilibus & pecuniarijs causis; secus est in ijs, in quibus executio fieri nequit in procuratorem, ut in criminalibus, matrimonialibus, & id genus alijs, *VVesenbec. h. n. 8.*

256 LIMITATUR † SECUNDÒ; Ut hodie in praxi non attendatur, Gail. *1. obs. 111.* (ubi alias Limitationes refert) nec de jure communi semper procedat, quia in causa injuriarum, quam Jllustres per procuratorem agere possunt, sententia in ipsum principalem proferri jubetur, L. *fin. C. de injur.* quod ipsum tamen in praxi non servatur, sed sententia ad euitandam infamiam in procuratorem fertur, *Gail. loc. cit. n. 2. & 3. VVesenbec. n. 16. ff. de injurijs* vide *Gail. 1. de PP. c. 10. n. 12.*

237 LIMITATUR † TERTIÒ; Ut id in procuratore rei de jure novo sit mutatum. Reus enim, qui constituit procuratorem, cogitur cavere, quòd tempore sententiæ ferendæ velit ad judicium venire, §. *si verò 4. inst. de satisdat.* nulla

alia

alia de causa, quàm ut in ipsum potius sententia feratur, *Bachovius ad VVesenbec h. num. 8.*

Limitatur † denique hoc responsum generaliter, ut illud dominium extinguatur cum procuratione, sicuti Syndici, cum syndicatu, *VVesenbec. n. 7. ff. quod quisque jur.* 258

Sed quid † de procuratore extrajudiciali, anne & is rei vel causæ sibi commissæ dominus sit? Ad hoc Respondet Wesenbec. *n. 8. v. procurator autem. ff. h. T.* quòd omninò ipsâ tractatione rei, vel administratione negotij, postquam res integra esse desijt, dominus efficiatur, *Rosbach. h. n. 22.* ubi declarat, tunc dici rem non amplius integram, cùm jam alterutrius partis cepit interesse, *gl. in §. rectè quoque. v. si adhuc. inst. de mandat.* vel cum præparamenta necessaria rei facta sunt, *Dd. ad L. mandatum. 15. C. mandati.* Sed † Bachovius *ad VVesenbec. n. 8.* ex hac causa dubitat, an procurator negotij fiat dominus, quia mandans, licet res amplius integra non sit, si modò præstet, quod interest, liberè revocare mandatum potest, quod post litem contestatam, & in judicialibus, 259 260

non nisi causâ cognitâ permittitur.
Confer notata *sup. in fine resp. 1.*

261 RESPONDETUR † TERTIÒ: Ad effectum spectare mutuam obligationem, quâ dominus & procurator invicem obligantur, *Rosbach. tit. 20. n. 42.* & actiones mandati, quæ ultrò citróque domino & procuratori dantur. Nam actio proprius est obligationis effectus, & obligatio, quæ inter dominum & procuratorem intercedit, mandati actionem parit, *L. licet. 42. §. ea. ff. h. T.* Ex quibus autem causis ea intentari possit, videbimus in fin. *sub titulo mandati,* & infra *num. 348, cum seqq.*

262 Ad effectum † refert quoque Wesenbec. *n. 8. loc. cit.* quòd procuratoris persona eadem cum domini persona esse fingatur, *per L. si procurator. 11. ubi gl. fin. v. admisit. ff. de dol. mal. & met. except.* & quòd procurator loco domini sit, *id. n. 12. h. T.* Item quòd procuratoris conditio nec melior, nec deterior sit, quàm domini, nisi in satisdando, *L. sed hæ. 35. §. defendere. 3. ff. h. T.* unde infert Schneidewin. *§. fuerat. num. 69. inst. de action.* quòd maritus agens nomine dotis pro uxore habeat etiam jus prælationis.

Denique

Denique † ad effectum procurationis 263
illud pertinet, quòd factum procuratoris aliquando prosit, aliquando noceat domino, de quo in sequentibus quæstionibus videbimus.

SVMMARIA.

264. *Obligatio & actio per procuratorem non acquiritur.*

265. (*Ratio.* 266. *Illationes.* 267. 268.) 269. *sed cedi debent.*

270. *Possessio tamen, & per eam dominiũ acquiritur.*

271. *An utilis actio?* 272.

273. *Cur ex contractu procuratoris actio domino non detur?*

274. *Et tamen per eum acquiratur possessio?*

275. *Limitationes.* 276. 277. *cum aliquot seqq.*

293. *Digressio ad alia?*

294. *Factum procuratoris an noceat domino?* 295. *etiam ignoranti.* 296. *an extra causam commissam?* 297. *quid si dominus idem facturus fuisset?* 298. *quid si mandatum excedat præsente domino?*

299. *Confessio procuratoris an noceat domino?*

330. In

264 QVÆRITVR itaque VIGESIMÒ NONÒ: Utrum per procuratorem actio quæratur domino, adeóque an factum procuratoris quoad hoc prosit domino? nam & hoc ad effectum spectat. Hanc quæstionem obiter tetigi *§. f. n. 5. inst. per quas person. vel obligat. acquiritur*, ubi RESPONDI: quòd obligatio & actio per procuratorem non acquiratur, in quo responso adhuc persevero, per regulam generalem: quòd alteri per alterum, sive per liberũ hominem, nobis non quæratur obligatio, vel actio, L. *solutum 11. §. per liberum. 6. ff. de pign. act.* L. 1. *C. per quas person.* L. *quo tutela. 73. §. f. ff de R. I. §. ex his itaque. inst. per quas pers. nob. acquir. VVesenbec. num. 1. ff. quando ex fact. tut.*

265 Quæcunque † enim gerimus, ex nostra persona initium obligationis capiant, necesse est, L. *quæcunque. 11. ff. de A. & O*, *VVesenbec. n. 2. ff. de exercit. act.*

266 Hinc † si procurator non sibi, sed principali suo redintegratæ rei vendi-

cationem

cationem pactus est, ídq; pactum etiam stipulatio insecuta est, nulla domino obligatio quæsita est, *d. L. 1. C. per quas pers.* Hinc † evictionis actio domino contra venditorem invito procuratore non datur, sed per actionem mandati eam cedere cogitur, L. 49. §. *f. ff. de acquir. vel amitt. possess.* Hinc † per procuratorem, vel tutorem, pignoris obligatio nobis non acquiritur plerúmque, *d. L. 11. §. 6.* & quemadmodum Paulus J.C. *in L. per procuratorem. 72. ff. h. T.* ait: per procuratorem non semper acquirimus actiones, sed retinemus, 267 268

Ex quo † jam sequitur, quòd ex gestu procuratoris actiones adversus tertium domino jure non acquirantur, sed ad hoc, ut agere possit, procurator actiones ei cedere debeat, *per L. possessio. 49. §. ult. ff. de acquir. poss.* Jul. Pac. *cent. 2. legum conciliat. q. 35.* ubi dicit: † nihil domino acquiri per procuratorem, nisi rei possessionem, & per eam possessionem dominium, vel usucapionem, *per L. 1. C. per quas pers. nob. acquir. §. ex his itaque inst. eod.* 269 270

Quamvis † autem Wesenbec. *h. n. 8. v. sed an sine,* æquius esse existimet, & 271

verius, *utiles* saltem *actiones* domino contra tertium suppeditari, quando in rem ejus contractum sit, & ipse quodammodo contraxisse videatur, qui per alium contraxit, *per L. in causa, 27. §. f. L. si procuratorem. 28. L. quod procurator. 68. ff. h. T. Iulianus. 14. §. si procurator. ff.*
272 *de act empt.* Tamen ei Bachovius † contradicit, per Rationem; quia si utilem actionem admitteremus, paulatim tota illa regula; quâ alteri per alterum actio negatur acquiri, eluderetur, siquidem effectu parum aut nihil interest, an utilem, an verò directam dicamus dari actionem. Et hoc ipso, dum *in L. per procuratorem. 72. ff. h. T.* dicitur; non semper per procuratorem acquiri actiones, intelligitur in certis tantùm casibus aquiri, sed ex Wesenbecij sententia efficeretur omnibus casibus, & semper hoc contingere, quod rationi juris non congruit.
273 gruit. Itaque pro REGULA † teneamus; quòd actio domino per procuratorem non acquiratur, & quòd ipse agere ex contractu procuratoris non possit, nisi procurator ei actionem cesserit, *Iul. Pac. loc. cit. in fin.* Ratio secundùm Mynsing. *ad rub. tit. per quas pers. nob. obl. acquir. n. 2.*

quia

quia adhæret personæ ipsius acquirentis. alia Ratio desumi potest ex subtilitate juris antiqui: quia actus legitimi, & civiles, ipsas personas principales requirebant, *arg. L. ea, quæ civiliter. 53. ff. de acquir. rer. dom.* & non nisi per ipsos, quos res concernit, expediri poterant, *Bachov. ad VVesenbec. n. 8. ff. de jurisdict.* atqui actiones erant legitimi actus, & vocabantur *legis actiones*. Ergo actiones per procuratores non semper quærebantur, sed tantùm in casibus à jure expressis, *per L. 72. ff. h. T. Iul. Pac. d. q. 35. in fin.* de quibus mox videbimus.

Ratio † autem diversitatis, cur per procuratorem acquiratur possessio, & per eam usucapio, & non etiam obligatio, vel actio, est ista: quia possessio est actus naturalis, & potiùs facti, quàm juris, *addit. Schneidevv. §. fin. inst. per quas person. VVesenbec. ad §. 5. n. 6. inst. per quas person.* Ergo possumus possessionem (v.g. pignoris nobis obligati) per procuratorem vel tutorem apprehendere, ipsam autem obligationem libera persona nobis non semper acquiret, L. 1. *C. per quas person.* Hoc ipso autem, dum dicitur *in d. L. 72. ff. h. T.* per procuratorem 274

ratorem

ratorem *non semper* acquiri actionem, à contrario infertur, quòd aliquando & in certis quibusdam casibus obligatio & actio per procuratorem acquiratur, de quibus videamus. Itaque

275 LIMITATUR † PRIMÒ: Nisi præsente domino procurator stipulatus sit, *Bachovius. ad VVesenbec. n. 8. §. illa quæstio. Iul. Pac. d. q 35. per text. in* L. *si procuratori. 79. ff. de V. O.* ubi dicitur: si procuratori præsentis fuerit cautum ex stipulatione, actionem utilem domino competere, nemo ambigit. Ratio autem est: quia, dominus, qui præsens fuit, & consensit, obligationis particeps, & quodammodo stipulatus esse videtur, *arg. L. clavibus. 74. ff. de contrah. empt. L. 1. §. si jusserim. 21. L. quòd meò. 18. §. si venditorem. ff. de acquir possess.*

276 LIMITATUR † SECUNDÒ: Nisi stipulatio facta sit ex re domini, tunc enim invito procuratore dominus petere potest, L. *quòd procurator. 68. ff. T. Bachovius. loc. cit. arg. §. 1. inst. per quas person. cuique acquir.*

277 LIMITATUR † TERTIÒ: Ut procedat de jure civili, non prætorio. sicut enim eo jure ex contractu magistri actio da-

tur

tur contra exercitorem, & ex contractu institoris contra præponentem, *tot. tit ff. de instit. & exercit. act.* ita quoque ex stipulatione prætoria prætor respiciens ad bonum & æquum dat actionem utilem domino, L. *in causæ. 27. in fin. cum* L. *seq. ff. h. T.* L. 5. *ff. de stipulat. prætor. Iul. Pac. & Bachovius loc. cit.* Ex quo INFERTUR; quòd ex stipulatione *damni infecti* à procuratore interposita detur actio domino, L. *damni. 18. §. ult. ff. de damn. infect.* quia stipulatio damni infecti est prætoria, L. 5. *in pr. ff. de V. O. §. prætor. instit. de divis. stip.* 278

INFERTUR † SECUNDÒ; quòd ex stipulatione *judicatum solvi* acquiratur domino actio utilis, licet procuratori commissa sit stipulatio, adeo ut directa penitus sit inefficax, L. *in causæ. 27. in fin. ff. h. T.* Sicut enim actio judicati mihi indulgetur: ita actio ex stipulatu mihi utilis est, si procurator meus judicatum solvi satis accepit, *L. si procurator. 28. ff. h. T. L. 3. §. 1. ff judic. solv.* nec immeritò; quia stipulatio *judicatum solvi* prætoria est. unde si procurator ex stipulatu agat, exceptione debet repelli, *d. L. 28.* Sicut enim actio judicati in ipsum 279

non

non datur, ita nec illi dabitur, confer notata *supr. q. 28. resp. 2. §. ex tunc. n. 258.* & infra *num. 326.*

280 LIMITATUR † QUARTÒ: Ut actiones bonæ fidei sæpe domino per procuratorem acquirantur, Julius Pac. *dict. q. 35.* Sic si convenit in deposito, ut alicui tertio res reddatur, habet is utilem depositi actionem, quia ex bona fide res illi restitui debet, L. *publia Mævia. 26. ff. depositi.* Idque etiam in cæteris bonæ fidei contractibus obtinet, *VVesen.*
281 *n. 7. ff. eod.* Nam si procurator † vendiderit, & caverit emptori, cùm domino exempto agi poterit *utili actione*, ad exemplum institoriæ actionis, si modò rem vendendam mandavit, Ergo & per contrarium dicendum est, utilem ex empto actionem acquiri domino per procuratorem, L. *Julianus. 13. §. si procurator. ff. de action. empt. & vend. VVesenb. ad §. ex his. 5. n. 4. inst. per quas person.* ubi dicit: quòd ex contractibus bonæ fidei utilem actionem per procuratorem acquiramus.

282 LIMITATUR † QUINTÒ: Ut per procuratorem acquiratur hypothecaria actio, L. *cum liberam. 2. C. per quas*

person

perſ. VVeſenbec. d. *n. 4.* ſed hoc de novo ab Imp. Juſtiniano inductum eſt, ut quemadmodum quæritur utilis actio perſonalis ſine ceſſione, ſi pecunia alterius nomine fuerit numerata, ei, cuius nomine pecunia credita eſt (ut in ſeq. limit. videbimus) ita ſimiliter quæratur hypothecaria.

LIMITATUR † SEXTÒ: Ut condictio crediti acquiratur per procuratorem, *L. certi. 9. §. ſi nummos. 7. ff. de rebus. cred. VVeſenbec. d. n. 4.* nam ſi quis numeraverit alicui pecuniam mutuam nomine alterius, iſti acquiritur obligatio, cujus nomine pecunia eſt numerata, L. 2. *C. per quas perſ. nob. acquir.* idq; dicit Viglius *ad L. ſingularia n. 28. ff. ſi cert. pet.* eſſe ſpeciale in mutuo, propter ejus frequentiam. *id. ibid. num. 29.* alij autem dicunt, non eſſe ſpeciale in mutuo, ſed quòd in alijs etiam contractibus ex numeratione alteri quæratur actio. Itaque 283

LIMITANT † SEPTIMÒ: Ut ex numeratione facta alterius nomine alteri quæratur actio. Zaſius & alij *ad* L. *certi. 9. §. ſi nummos. ff. ſi cert. petit.* Sic ſi ego † tibi ſolvi alterius nomine indebitum, iſte, cujus nomine 284

ſolvi,

ſolvi, habebit adverſus te conditionem indebiti, & ſic conditio indebiti acquiritur alteri, *L. ſi per ignorantiam. 6. C. de condict. indebit.* Sed hoc ipſum putant aliqui etiam hoc in caſu ſpeciale eſſe, *gl. §. ſi quis alij. inſtit. de inutil. ſtipulat.* ídque ad evitandum circuitum, *arg. L. dominus. 53. in fin. ff. de condict. indebit. Viglius. d. n. 28.*

286 Sic ſi ego † juſſu puellæ, cui dotem promiſeram, tibi ſponſo eam numeravi, & nuptiæ deinde non fuerint ſecutæ, ipſa habebit adverſus te condictionem, vel aliter: Si donaturus mulieri juſſu ejus ſponſo numeravi, nec nuptiæ ſecutæ ſunt, mulier condicet, *textus in L. ſi donaturus. 9. ff. de condict. cauſ. dat.* quamvis alij ita explicent, ut dominium dotis, quod eſt juris naturalis, puellæ acquiratur, non actio perſonalis, *per L. licet. 43. §. quoties. 1. ff. de jur. dot. Viglius loc. cit.*

287 LIMITANT † OCTAVÒ: Ut acquiratur nobis actio per eum, qui miniſterium tantùm nobis præſtat, *per text. in L. 15. ff. de conſtit. pecun.* ubi dicitur: licet libera perſona ſit, per quam tibi conſtitui, non erit impedimentum, quòd per liberam perſonā acquiramus, quia

quia ministerium tantummodo hoc casu præstare videtur.

Sic † si dedi tibi librum meum, ut eum apud Titium deponeres, mihi quæritur actio depositi adversus Titium. *L. 1. § si te rogavero. ff depositi*, quia tu rem *jussu meo* tradidisti, & sic tanquam nuncius, *Viglius loc. cit.* 288

LIMITATUR † NONÒ: Ut regula valeat in extrajudicialibus, nam in judicio quæritur domino actio sine cessione, L. *in causæ.* 27. §. *f. gl. v. utilis. ff. de procurat.* Hinc, quia juramentum se habet instar judicij, etiam per procuratorem actio in factum ex jurej: domino acquiritur, *text. in* L. *nam posteaquam.* 9. §. *jusjur.* 6. *ff. de jurejur.* 289

LIMITATUR † DECIMÒ: Nisi procurator non sit solvendo, tunc enim dominus aget, quia non posset aliàs à procuratore repetere, *ita Iul. Pac. d. q.* 35. verùm ego non video, cur non possit per actionem mandati ad cedendam actionem (quod benè facere potest) adigi. 290

LIMITATUR † UNDECIMÒ: Ut de Jure Canonico, absentibus ijs, quibus restitutio usurarum facienda est, Ordi- 291

narius loci, aut eius Vicarius, aut Parochus loci, cautionem idoneam de restitutione facienda recipere, & illis actionem acquirere possint, *c. quamquam. 2. de usuris. in 6.* vel quia Jus Canonicum æquè parum ad subtilitates juris attendit, atque Jus prætorium, vel quia hic periculum animæ vertitur.

292 LIMITANT † DUODECIMÒ: Ut regula vera sit, si civiliter acquiratur, veluti per stipulationem, aliud si naturaliter, veluti ex traditione, & numeratione, Mantica, *de tacit. & amb. convert. lib. 8. tit. 9. n. 10.* ubi præter exemptum *lim. 5.* allatū aliud ponit in eo casu, si nomine alterius per ignorantiam fuerit indebitum solutum, tunc enim condictio indebiti ei acquiritur, si ratum habet, *L. si per ignorantiam. 6. C. de condict. indeb.* idem *ibid. tit. 11. per tot.* declarat, quemadmodum quis ex mutuo per procuratorem obligetur, & an procurator obligatus intelligatur.

293 Postquam † ergo vidimus, an dominus ex gestu sui procuratoris actionem & commodum acquirat, videamus nunc de incommodo. Nam ad effectum quoque spectat & hoc; an dominus ex facto

vel

vel contractu procuratoris sui teneatur? Itaque

QUÆRITUR † TRIGESIMÒ: Utrum factum procuratoris noceat domino? Ad hoc RESPONDETUR in genere; quòd ex gestis per procuratorem teneatur dominus, quod enim quisque per alium fecit, id ipse gessisse videtur, *Nicol. Vigel. method. jur. civil. lib. 2. c. 5. q. 7.* Hoc autem LIMITATUR PRIMÒ: Nisi ignorante † domino gesserit, *per L. ignorantis, 49. ff. de procurat.* tunc enim procurator conditionem domini meliorare potest, deteriorem facere non potest, *c. 2. ext. de donat.* quò facit textus *in L. 49. ff. h. T.* ubi dicitur; quòd ignorantis domini conditio deterior per procuratorem fieri non debeat, *& L. seq. 50. eod.* quacunq; ratione procurator tuus à me liberatus est, id tibi prodesse debet, sic in *L. item. 20. §. petitam. 11. ff. de petit. hæred.* dicitur; si quis bonâ fide possideat alienam hæreditatem, & procuratori ejus denunciatum, hæreditatem ad eum non pertinere, id ipsi non nocere. 294 295

LIMITATUR † SECUNDÒ: Ut factum procuratoris *in causa sibi commissa* domino noceat, non etiam, si quid extra fines 296

mandati aliquid gerat, vel committat. Nam quæ *invito domino acta* sunt, ipsi non præjudicant, L. *cùm mandati. 12. C. mandati. L. in causæ. 27. ff. de procurat. L. si procurator. 10. C. de procurat. VVesenbec.*
297 *h. n. 8.* ubi SVBLIMITAT: nisi† dominus ipse idem facere teneretur, puta se defendere. Nam procurator ad agendum datus, etiam defensionem suscipere debet, L. *servum. 33. §. æquum. L. mutus. 43. §. pœna. 4. cum seqq. ff de procurat.*
298 SVBLIMITA † SECVNDÒ: Nisi procuratur mandatum excedat præsente, & non contradicente domino, Gothof. *in addit. ad Schneidevvin. §. 8 inst. de mandato,* quid juris, si fraude vel dolo gesserit? *vide in L. 10. ff. h. T. & infr. resp. 4.*
299 RESPONDETVR † SECVNDÒ: Quòd procuratoris confessio, quâ confitetur sibi mutuam pecuniam nomine domini datam, vel domino debitum solutum, non noceat domino absenti, post Jas. *in L. 2. §. f. ff. si cert. pet. Schraderus n. 42. de mandato,* Sed ipsi tantùm procuratori, *VVesenbec. n. 3. ff. de confessis*
300 RESPONDETVR † TERTIÒ: Quòd procuratoris negligentia noceat domino, *Rosbach. tit. 19, n. 29. Gail. 1. obs. 45. n. 1.*

n. 1. per Rationem: quia sibi imputare debet dominus, quòd negligentem procuratorem elegerit, *id. ibid.* & quia habet adversus ipsum regressum, vel mandati actionem ad damna & interesse, *idem Gail. 1. obs. 143. n. 6. Rosbach. loc. cit.* ubi AMPLIAT: nihil referre, utrum dominus sciverit, nec ne, & LIMITAT:
† nisi procurator non sit solvendo, ita 301
ut dominus nullum regressum adversus ipsum habere possit, tunc enim restitutio domino competit, *d. n. 29. Gail. loc. cit.* Exemplum habetur *in c. non injustè, 14. ext. de procurat.* † ubi procurator 302
debet denunciare domino, sententiam contra se latam, si non fiat, sententia transit in rem judicatam, & negligentia procuratoris non appellantis nocet domino, si sit solvendo, sin minus, consulitur ei beneficio restitutionis in integrum. vide Oldendorp. *class. 1. act. 2. q. 4. §. & si procurator.* Gailium, *1. obs. 143. n. 6.* Mynf. *cent. 2. obs. 17.* ubi dicit, quòd negligentia procuratoris non appellantis noceat domino, si speciale mandatum procurator habeat ad causam, quia personam domini repręsentat: secus si generale mandatum habuit, tunc

enim ejus factum, sive scientiam, sine praejudicio domino ignoranti futuram, vide plura de hoc apud Hartm. *lib. 2. tit.*
303 *19. obs. 3. per tot.* Similiter si † dominus absens procuratorem reliquerit. cujus negligentia res perijt, adjuvari debet eodem beneficio, si malit restitui, quàm interesse mandati actione consequi, *VVesenbec. n. 5 ff. ex quib. caus. major.* Verùm hoc controversum est, ut videbimus infr. *q. 3. seq. 7. ff. ex quib. caus. major.*

304 Respondetur † Quartò: Procuratoris factum, quod cadit in delictum, vel dolum, domino regulariter non nocere, vel praejudicare, *per L. si procurator. 6. ff. de condict. indeb. L. si procurator 9. ff. de dol. mal. & met. except. Socin. reg. procuratoris, 393.* Ratio; quia dolus ei tantùm nocere debet, qui eum admisit, non alteri, *L. is, qui à debitore. 9. ff. quae in fraud.* Adde Rosbach. *nùm. 30.* ubi dicit; quòd si procurator dolo aliquid praetermiserit, ipso jure domino jus suum salvum esse, si procurator non sit solvendo, *per L. & eleganter. § 9. ff. de dolo.*

305 Ex quo Infertur: † Si procurator

(idem

(idem est in servo & colono) possessionem corporaliter acquisitam dereliquerit, vel alij prodiderit, desidiâ fortè vel dolo, ita ut locus aperiatur, alij eandem possessionem detinere, per hoc nihil penitus domino præjudicij generetur, ne ex aliena malignitate alienum damnum emergat, ideóque actio ei contra detentorem datur, *L. fin. de acquir. & retin. poss.* ubi aliud † dicitur esse, si nec dum 306 sub manibus procuratoris (vel coloni, vel inquilini, vel servi) possessio facta est, sed ipse eam accipere desidiâ vel dolo supersedit, tunc enim ipse dominus ex mala sua electione præjudicium circa eam possessionem patitur. Ratio diversitatis est; quia in hoc tantùm providetur domino, ut nullum discrimen sustineat ab his, quos misit, non ut etiam lucrum sibi per eos aliquod acquirat, adeóque malitia procuratoris non nocet domino in amittendo; nocet tamen in omittendo lucro.

INFERTUR † SECUNDÒ: Quòd si 307 tradatur procuratori res quædam, ut eam mihi acquirat, ille autem quasi sibi vel alteri acquisitam acceperit, nihil agat in sua persona, sed mihi acquirat,

L. qui mihi donatum. 13. ff. de donat. L. servum. 37. §. f. ff. de acquir. rer. dom.

308 INFERTUR † TERTIÒ: Quod si procurator nomine sui principalis agat, quòd de *dolo ejus* excipi non possit, quia aliena lis est, *L. procurator. 11. in pr. ff. de dol. mal. & met. except.* nisi post litem cõtestatam dolo quid fecerit, tunc enim eo nomine exceptio objici potest, *d. L. 11.* quia per litis contestationem res procuratoris fit, eámque suo jam quodammodo nomine exequitur, quo in casu dolus quidem punitur, licet non domino, sed ei, qui illum admisit, damno-

309 sus futurus sit, *ibid.* Vide † *L. apud Celsum. 4. §. quæsitum. 18. ff. d. T.* ubi Ulp. J.C. distinguit, ut si procurator *simpliciter* sit datus, dolus præsens tantùm in exceptione sit attendendus, si *in rem suam* etiam de præterito ejus dolo (hoc est, si ante acceptum judicium dolo quid fecerit) sit excipiendum, si autem is procurator sit, cui omnium rerum administratio concessa est, tum de omni ejus dolo excipi posse. *adde §. 19. ibid.* Hoc autem

310 LIMITATUR † PRIMÒ: Ut si ex dolo procuratoris aliquod jus sit acquisitum domi-

domino, ex quo agit, quòd tunc contra ipsum excipi possit, *arg. L. apud Celsum. 4. §. quæsitum. 12. ff de doli mali & met. except.* Plura de hoc, an & quando contra dominum ex dolo vel delicto procuratoris excipi possit, vide apud Socinum remissivè *reg. procuratoris. 393. fall. 2.*

LIMITATVR † SECVNDÒ: Ut si dolus committatur circa contractum, ex quo ipsi domino acquiritur, utique procuratoris dolus nocere debeat domino, *L procuratoris. 5. in pr. ff. de tribut. act. Socin. loc. cit.* 311

LIMITATVR † TERTIÒ: Ut multò magis tunc noceat, quando ipse procurator ad id directè haberet mandatum speciale, vel in cósequentiam, vel quando dominus id, quod à procuratore commissum est, ratificaret expressè, vel tacitè, sciendo id suo nomine committi, & non contradicendo, *Socinus loc. cit, fall. 1.* 312

LIMITATVR † QVARTÒ: Ut procuratores omittendo id, ad quod mandatum eos obstringebat, domino noceant, *per L. cum mandato. 23. in fin. ff de min. L. fin. §. 4. ff nautæ, c si compromissarius. 37. in pr. de elect. in 6, Cacheran. decis. 87. n. 7.* 313

Gail. 1. obs. 45. Henricus Klock. de vectigal. conclus. 89. ubi infert: Si nauta, vel auriga, qui mercium vehendarum, & vectigalis solvendi negotium in se suscepit, negligentius hoc administret, culpam ejus domino obesse; plures tamen in contrarium citat.

314 RESPONDETUR † QUARTÒ: Ut procuratoris cōtumacia in non respondendo habeatur pro confessione, *c. 2. de confess. in 6.* adeóque contumacia procuratoris possit nocere domino, *Cacheran. decis. 87. n. 7.* maximè in ijs, quæ pertinent ad judicij processum. *c. 1. ext. ut lit. non contest. Gail. 1. obs. 83. n. 3.* & in his, quæ sunt parvi præjudicij, secus in his, quæ sunt magni. *id. ibid. n. 5.* nam in graviore contumacia non procedit, *L. un. ff. si quis jus dicenti non obtemp.* Verùm plura de hoc: an contumacia procuratoris noceat domino, vide apud Socinum *reg. procuratoris. 394.* ubi regulam negativam facit, & quinq; ejus fallacias affert. adde Cardinal. Tusch. *lit. C. conclus. 10 30.*

315 QUÆRITUR † TRIGESIMÒ PRIMÒ: Quid præstet procurator in negotijs sibi commissis? videri posset, quòd tantùm

tùm dolum & latam culpam, quia solius mandantis gratiâ hic contractus celebratur, & nulla utilitas in procuratorem redundat. Verùm hoc non attento.

Respondetur: procuratorem ta- 316
lem diligentiam præstare debere, qualem rei natura postulat: adeóque in negotijs, quæ exactissimam diligentiam requirunt, præstare debet dolum, latam, levem, & levissimam culpam, *arg. L. à procuratore. 13. C. mandati.* in negotijs, quæ mediocrem diligentiam, vel industriam requirunt, dolum, latam, & levem culpam, *arg. L. in re mandata. 21. C. mandati*, ubi dicitur: *aliena negotia exacto officio geruntur, nec quicquam in eorum administratione neglectum ac declinatum, culpâ vacuum est.* in negotijs, quæ vel nullam, vel modicam industriam requirunt, dolum & latam culpam tantùm, *Schrader. de mandato. n. 24. 25. & 26. VVesenbec. n. 10. ff. mandati, & n. 15. ff. locati.* Ratio † horum 317
omnium est: quia cum procurator mandatum suscipit, videtur sibi adscribere eam peritiam, quæ in judicio requiritur, *Rosbach. tit. 20. de mandato. n. 46.* & se asserere sufficientem, ad hoc, quòd possit

poſſit & velit exactè gerere negotia, quæ ſuſcepit, *L. in re. 21. C. mandati.*

318 QVÆRITVR † TRIGESIMÒ SECVNDÒ: Utrum procuratori pro alio intervenienti ſemper cogatur adverſarius reſpondere, an verò poſſit ipſum quandóque repellere? Ad hoc RESPONDETVR † Cùm regulariter omnes procuratores dare poſſint, ut vidimus *ſup. q. 5.* & nemo cogi poſſit, ut in propria perſona compareat. *ſup. q. 8.* ideo ſine magna cauſa procurator repelli non
319 poteſt. Subinde † autem tales cauſæ occurrunt, quæ meritò adverſario exceptionem tribuunt, quæ *procuratoria exceptio* in jure ideo vocatur, quia procuratoribus objicitur, *§. præterea. fin. inſt. de except. L. qui procuratorem, 57.*
320 *ff. h. T.* Sumuntur † autem iſtæ exceptiones; vel à perſona procuratoris, vel à perſona conſtituentis, vel à cauſa, vel à forma conſtitutionis, ſeu mandati.
321 *A perſona † procuratoris*, ſi ſit ex eorum numero, quos ſupra *quæſt. 9. 10. & 11.* diximus, procuratoris officio fungi non poſſe. quibus addit Weſenbec. *n. 11. h. T.* eum quoque, qui de jure quidem inhabilis non eſt, ſed aliàs ineptus, ita ut

cauſam

causam non intelligat, nec commodè tractare possit, *arg. c. in pertractandis. 3. ext. de juram. calumn.* Quamvis † autem 322 Bachovio hæc exceptio ideo inepta videatur, quòd expediat potius reo, procuratorem actoris hominem esse ineptum, per cujus ignorantiam tantò faciliùs in causa obtinere possit: mihi tamen non videtur inepta, quia reus potest esse tam conscientiosus, ut justitiâ potius causæ suæ, quàm adversarij ineptitudine, vel ignorantiâ, prævalere velit, & quia timere potest, ne adversarius ob negligentiam sui procuratoris in integrum restituatur, per tradita *sup. q. 29. resp. 2.* quo in casu cum jactura temporis, sumptuum, & laborum, causa de novo agitari, & reassumi deberet.

A persona † constituentis sumuntur 323 exceptiones, si nimirum illi procuratorem constituant, qui de jure constituere non possunt, de quibus egimus *sup. q. 5. per tot.* vel qui nullum jus aut interesse habent, & ad quos causa non pertinet, *VVesenbec. h. n. 11. Rosbach. tit. 19. de procurat. n. 42.*

A causa † vel defectu materiæ sumun- 324 tur exceptiones, si tales causæ in judi-

cium

cium deducuntur, quæ per procurato-rem tractari non possunt, uti populares, criminales, & aliȩ, de quibus ad longum egimus *sup. q. 17. 18. & 19. per tot.*

325 *A forma † constitutionis* ducuntur exceptiones, si videlicet mandatum procuratorium perhibeatur insufficiens, & non habere debitam formam, de qua egimus *sup. q. 21. & seqq.* ut si dicatur imperfectum, & non absolutum suis substantialibus requisitis: si non habeat usitatas & necessarias clausulas: aut si habeat inusitatas; si non ritè, plenè, aut clarè, aut debito modo sit conscriptum, & consignatum, aut non debita forma transmissum ad judicem, vel adversarium, *juxta L. 65. ff. h. T.* vel aliqua in parte mutatum, cancellatum, mutilatum, vel revocatum, aut alio modo extinctum, *juxta L. 16. & seqq. h. T.* aut si procurator fines mandati sui excedat, *contra L. si procurator. 10. C. h. T.* Si man-

326 datum † in se quidem validum sit, sed insufficiens, & ad propositum impertinens, & causa aliud mandatum, quàm quod exhibetur, requirat, ut si generale mandatum exhibeatur, in his, in quibus opus est speciali, de quibus egimus *sup. q. 21.*

q. 21. & 22. Item exceptione repelli potest procurator, si agat judicati, non in rem suam datus, nec ad eam rem procurator factus, *L. si procurator. 28. ff. h. T.* confer notata sup. *q. 28. limit. 3. illat. 2.* Denique, si allegetur, aut falsum esse mandatum, aut dolo, vel errore, vel metu expressum, *WWesenbec. n. 11. v adversantur. Rosbach. tit. 19. n. 43.* Nam † ex consideratione personarum, rerum, & causarum, item formæ, & clausularum, variæ exceptiones pro re nata sumi possunt. 327

Quemadmodum autem procurator repelli potest, si ostendatur, quòd non possit esse procurator, sive ob qualitatem personæ, sive ob qualitatem causæ, quæ non admittit procuratorem: ità multò magis repelli potest, si omninò non sit procurator, v.g. quia mandatum † non habet, & tamen de facto agere intendit, *Bachovius ad WWesenb. n. 11. §. tractatio,* ubi tamen NOTANDUM est: quòd conjunctæ personæ pro consanguineis, item maritus pro uxore agere possit sine mandato, dummodo de rato caveant, *L. Pomponius. 40. §. f. h. T. L. maritus. 21. C. eod. WWesenbec. n. 4. in fin.* 328

à qua

à qua cautione liberantur, si pater nomine filij, aut maritus pro uxore agat injuriarum actione: videtur enim suam potius injuriam, quàm alienam prosequi. *L non solùm. 39. §. si pater. 4. ff. h. T. VVesenbec. 12.*

329 QVÆRITVR † TRIGESIMÒ TERTIÒ: Quid si nihil contra procuratorem oppositum sit, utrùm judicium nihilominus procedat, nec ne? Ad hoc RESPONDETVR omninò, nisi procurator sit ex his, qui omnino non habeant legitimam personam standi in judicio, de quibus integer *tit. in Cod. qui legit. pers. standi.* nam licet his nihil opponatur, tamen judicium nullum redditur, *VVesenbec. h. n. 11.* per Rationem: quia illegitima persona pro nulla est: quoties autem una ex tribus personis, in judicio necessarijs, (puta actore, reo vel judice) deficit, toties nullum reddi judicium necesse est.

330 QVÆRITVR † TRIGESIMÒ QVARTÒ: Quando exceptiones procuratoriæ in judicio, vel in qua parte judicij sint opponendæ? Ad hoc RESPONDETVR: ante litem contestatam, quia sunt dilatoriæ, *L. ita demum. 13. ubi Dd. C. h. T.* ita

quidem,

quidem, ut si ab initio non fuerint propositæ, judicium procedat, etsi quis omiserit eas ante litis contestationem, non possit deinde ex pœnitentia opponere, *L. qui procuratorem. 57. ff. h. T.*

LIMITA: Nisi ita comparatæ sint, 331 ut judicium retrò nullum reddant, tunc enim in quacunque parte judicij opponi possunt, etiam pòst sententiam, *VVesenb. d. n. 11.* uti est exceptio illegitimationis, quòd procurator non habeat legitimam personam standi in judicio, *Rosbach. tit. 19. n. fin.* Postquam ergo vidimus, an adversarius procuratorem possit repellere, videamus nunc de domino, an ipse quoque procuratorem suum possit removere, & de alijs modis, quibus constitutio procuratoris dissolvitur.

QVÆRITVR † itaque TRIGESIMÒ 332 QVINTÒ: An dominus possit procuratorem suum revocare, vel mutare, (nam in idem recidit mutatio cum revocatione, & qui alium dat, hoc ipso priorem revocare censetur, *L. si quis, 31. ff. f. h. T. VVesenbec. n. 11. v. & his quidem*) & vel alium in ejus locum substituere, vel revocato procuratore ipsemet ju-

 dicium

dicium accipere? Ad hoc RESPONDETUR.

333 Si uterque, † tam dominus, quàm procurator consentiat, res non habet difficultatem: quia unumquodque eo modo solvitur, quo colligatum est, *L. nihil tam naturale de R. I.* ut igitur procurator mutuo consensu constituitur: ita ut eodem consensu revocatur. Solius

334 † autem domini voluntate, ante inceptionem rei, & quamdiu res est integra, tamdiu procurator rectè revocatur, sive constitutus sit in judicio, sive extra judicium, §. *rectè. inst. de mandato*, *L. si verò. 12. §. pen. ff. mandati*. quia mandatum solius mandantis causâ contrahitur, & invito beneficium non datur. Non solùm autem ipsi, qui dedit procuratorem, hoc permittitur, sed etiam hæredi ejus, & cæteris successoribus, L. *post*

335 *litem. 17. h. T.* Postquam † verò res cœpta est, non tam facilè revocatio conceditur, ne damno mandatarius afficiatur, *d.* §. *rectè*. Dicitur autem in judicio *res cœpta esse* post litem contestatam, *arg. L. amplius. 15. ff. rem rat.*

336 *hab.* unde paulus † J. C. respondit, quòd ante litem contestatam libera potestas sit,

fit, vel mutandi procuratoris, vel ipsi domino judicium accipiendi, *L. ante.16. ff.h.T.* dummodo sumptus, qui ante litem cōtestatam facti sunt, refundātur, *Bachovius ad VVesenbec. n. 11.* post litem autem contestatam non nisi justissima de causa dominus procuratorem mutare, aut litem in se transferre potest. *L. post litem. 17. ff. h. T.* adeóque si revocare velit, causæ cognitione opus est *d.* L. 17. *Rosbach. d. n. 19. Iul. Pac. d. q 32.* quia videlicet res integra esse desijt, *VVesenbec. d. n. 11.* & tam interesse, quàm honor ipsius mandatarij vertitur, & periclitatur, *Bachovius ad eund. ibid. per L. quæ omnia. 25. ff. h. T.*

Neque etiam † hoc indulgetur domi- 337
no, ut aliquas tantùm causas à procuratore transferat, quasdam verò ei relinquat, & non aliter auditur, nisi omnes ab eo transferre paratus sit, *L. cui causa. 27. ff. h. T.*

QVÆRITVR † TRIGESIMÒ SEXTÒ: 338
Quænam ergo sint justæ causæ removendi procuratorem? Ad hoc RESPONDETVR in primis ætas procuratoris minus apta negotijs, *L. post litem. 17. in f. h. T.* beneficium religionis, si videlicet

procurator Sacerdos fiat, *L. 18. h. T. L. 32. §. 4. ff. de arbit.* præterea adversa valetudo, captivitas, exilium, longa peregrinatio, & aliæ similes causæ, atque occupationes, quæ procuratori impedimento sunt, quò minus suis negotijs commodè præesse queat, *L. 20. 21. 23. h. T.* Item suspiciones, propter quas dominus timet procuratorem sibi minus affectum utilémve futurum, ut si inimicus postea fiat, si latitet, si adversario affinitate jungatur, vel hæres ei existat, *L. 19. 21. & 22. h. T.* Similiter si procuratori magna calamitas accedat, & fortunæ ipsius multum mutentur, tunc enim, si ampliorem facultatem accepit administrandi, vel omninò alienandi, vel pecunias mutuas accipiendi, ex mente Wesenbecij tacitè mandatum revocatum intelligitur: vel ex probabiliori Bachovij sententia causâ cognitâ
339 revocari potest. Neque potest † se procurator domino revocare procurationem volenti apponere. Nam hoc ipso suspectus est, quòd operam suam ingerat invito, *L. quæ omnia. 25. §. 1. h. T.* nisi fortè justam habeat ejus rei causam, ut si dicat, dominum mentiri, sive fal-

sam

ſam amotionis cauſam afferre, ac proinde purgare magis convitium, quàm procurationem exequi maluerit, tunc enim audiendus eſt, ſi exiſtimationem ſuam defendere, & pudorem purgare velit. Item ſi dicat, ſe in rem ſuam procuratorem datum, & hoc probaverit, non debet carere propriâ lite. Item ſi procurator ſumptus fecerit, & aliqua retentione uti velit, *L. quæ omnia. 25. h. T. L. procuratore. 55. eod.* item ſi dominus partem tantùm negotij revocet, *L. 27. eod.* Quando † autem procurator revocatus præſumatur? vide apud Menochium *lib. 2. § 36.* 340

Qværitvr † Trigesimò Septimò: An procurator poſſit ſuam procurationem domino renũciare? Ad hoc Resp: ex ijſdem cauſis etiam procurator petere poteſt, ut invito etiam domino liberetur, *L. mutari. 24. ff. h. T.* videlicet, ſi inimicitiæ magnæ ortæ ſint, ſi valetudo, profectiones, longæ peregrinationes, aut aliæ occupationes obvenerint, ut procuratori non ſit integrum, ſuſceptum onus exequi, *L. aut longa. 23. L. filiusfam. 8. cum ſeqq. L. 14. h. T. L. ſi mandavero, 22. §. f. cum LL. ſeqq. ff.* 341

mandati. §. 11. *inst. eod.* dummodo re sit integra, *d. L.* 22. §. *fin. & d.* §. 1. & domini nihil adhuc interesse ceperi *L. si quis.* 27. §. *qui suscepit.* 2. *ff mandat* *Rosbach. tit.* 20. *n.* 47. *VVesenbec. n.* 11. *v. è contrario*, qui. *v. sed & si* etiam hoc ac dit; si dominus solvendo esse desieri aut bona ejus à creditoribus possidean tur, justè tunc illi nuncium mittere procuratorem; ne fortè in damnum incidat, cum domino non sit superfu turum, unde sumptus procuratori re
342 sarciri possint. Quòd si autem † vel su per revocatione, vel super renunciatio ne disceptatio aliqua inter dominum & procuratorem inciderit, judex sum mariè & de plano hoc incidens nego tium definire debet, *per L. quæ omnia.* 25 *L. in causæ.* 27. *ff h. T. VVesenbec. d. n.* 11

343 QUÆRITUR † TRIGESIMÒ OCTAVÒ Quibus alijs modis procuratio sive mandatum procuratorium finiatur? Ad hoc RESPOND. inprimis finitâ instantiâ & latâ sententiâ definitivâ, L. *invitus* 17
344 *C. h. T.* Rationem † reddit *VVesenbec n.* 11 *h.* quia sufficit in paucis amici commo. ditatibus consuli, L. *tutori.* 20. *C. de ne. got. gest.* Rationem aliam mox subne.

ctit

ctit; quia procurator suscepit judiciũ; sed judicium per sententiam finitur, & solvitur, L. *judex 55. ff. de re judic.* Ergo obligatio procuratoris quoque solvitur, quamvis enim appellare teneatur: in arbitrio tamen ejus est, an appellationem prosequi velit, L. *invitus. 17. ubi Dd. C. h. T.*

Præterea † finitur mandatum & pro- 345
curatio morte ipsius domini mandantis, §. *recte. 9. inst. de mandato.* L. *qui negotia, 34. §. f. ff. mandati.* L. *inter causas. 26. ff. eod. arg.* L. *si defunctus. 15. ff. h. T.* Ratio secundum Wesenbec, quia quodcunque voluntate, id etiam plerumque morte revocatur, quia morte voluntas finitur, L. 4. *in fin. ff. locati.* Exceptio tamen est in eo genere mandatorum, quæ post mortem sunt collata, *per* L. 12. *§. ult. cum* L. *seq. ff. mandati. Bachov. ad Wesenb, n. 11. v. morte.* & obligatio ratione sumptuum factorum in hæredes descendit, ubi post negotium cœptum mors insecuta fuit, L. 26. *in pr. ff. mandati, Bachov. ad Wesenbec. n. 11. v. morte.*

Denique † finitur etiam mandatum 346
morte procuratoris, eo enim mortuo hæc obligatio commoritur, L, *tam ex*

contractibus. 57. ff. de judicijs. L. si. quis 27. §. 3. ff. mandat. Rosbach. tit. 20. n. 49. VVesenbeo. d. n. 11. per Rationem: quia electa videtur industria personæ, Ergo mandatum à procuratore in hæredem non transit, L. *un.* §. *ne autem. 9. c. de caduc. toll.*

347 Declaratur † autem procedere, si procurator integro adhuc mandato decesserit, tunc enim hæres non habet mandati actionem, & si executus fuerit mandatum, *d.* L. *27.* aliud est, si post negotium cœptum mors procuratoris secuta est, tunc enim hæres potest, imò & debet id perficere, nisi ipsi à mandante fuerit inhibitum, *per* L. *6.* §. *6. ff. de his qui not. infam. Bachovius ad VVesenbec. n. 11.* §. *morte. ipse VVesenbec. num. 9. in fin. ff. mandati.*

348 QVÆRITVR † TRIGESIMO NONO: Quænam actio inter dominum & procuratorem detur? Ad hoc RESPONDETVR: Si mandatum gratuitum intervenit, dari actionem mandati, L. *licet, 42.* §. *ea obligatio. ff. h. T.* L. *qui proprio, 46.* §. *procurator. ff eod.* L. *qui mutuam. 56.* §. *ult. ff. mandati* si merces sit constituta procuratori, tunc actio locati datur, L. 1.

in fin.

in fin. ff. eod. mandati, §. ult. inst. de mandato; si nec merces sit constituta, nec gratis procurator gerat, sed tantum accepturus, quantum postea inter ipsum & dominum convenerit, actio præscriptis verbis tanquam ex contractu innominato competit, *§. & quæ. 1. v. quâ de causâ, inst. de locat. & conduct. L. si tibi polienda. 22. ff. de præscript. verb. Iul. Pac. hic. n. 7.* Quæ actio competere possit, si quis in rem suam procurator fuerit constitutus? vide in *L. licet. 42. §. ea. ff. h. T.*

QUÆRITUR † QUADRAGESIMÒ: Ad quid possit agere dominus contra procuratorem, durante vel finito mandato? ad hoc RESPONDETUR; inprimis si cesset procurator, & susceptum negotium non exequatur, tunc agi potest, ut expediat, *L. si procuratorē. 8. §. sed etsi. 10. ff. mandati. L. si. mandavero. 22. §. f. h. T.* si excedat ut formam mandati diligenter observet, & custodiat, *L. cùm mandati. 12. C. mandati, §. is, qui inst. de mandato.* Deinde, ut finito negotio reddat rationem eorum, quæ gessit, & quæ inde consecutus est, sive justè consecutus sit, sive per injuriam judicis, id enim o- 349

mne reddere debet, *L. qui proprio. 46. §. procurator. ff. h. T. L. si procuratorem. 8. §. fin. ff. mandati.*

Tertiò, ut quæsitas actiones domino cedat, *L. si procuratorem. 8. §. f. ff. mandati.*

Quartò: si quod in officio damnum vel detrimentum domino per dolum, collusionem, & negligentiam intulit, ut domino resarciat, *d. L. 8. §. f. VVesenb. n. 8. ff. h. T. Rosbach. tit. 19. n. 25. & tit. 20. num. 45.*

350 QVÆRITVR † QVADRAGESIMÒ PRIMÒ: & ULTIMÒ: Ad quid agere possit procurator contra dominum? Et quâ actione RESPOND: contraria mandati actione inprimis ad hoc, ut dum agere, & mandatum exequi intendit, dominus ei sumptus litis necessarios præstet, L. *si vero. 12. §. f. ff. mandati.*

Deinde ad hoc, ut restituat sumptus & impendia, quę procurator de suo præstitit, & solvit, vel si quid pro eo erogavit, aut ob rem judicatam solvit, L. *hæredem. 14. L. si mandatum. 15. L. idémque. 10. §. idem Labeo 8.* L. *inter causas. 26. §. f. L. si quis. 27. §. pen. L. qui mutuam 56. §. fin. ff. mandati.* L. *si quis. 31.* L. *qui proprio. 46. §. item. 5.* L. *actoris. 30. ff. de procurat.*

curat. Æquum † enim eſt ſumptus & 351
impenſas ipſi reſtitui, etiamſi negotio
finem adhibere non potuit, L. *qui mu-
tuam. 56. § f ff mandati,* dummodo bona
fide expenderit. Nam ſi quid profuſè,
& non neceſſariò conſumpſit, vel ſi
quam pœnam ob ſuum delictum ſol-
vit, à domino recuperare non debet,
L. *qui proprio. 46. §. procurator. ff. h. T.*
Si quid impendit extra mandatum in
utilitatem domini, eo nomine non qui-
dem actionem mandati habet adverſus
dominum, ſed negotiorum geſtorum,
ſi ipſe veriſimiliter impenſurus fuiſſet.
L. *ſi quis. 31. ff. h. T.* quia eadem actio
datur, ſi quis domino prorſus ignorante
ad adminiſtrationem acceſſerit, L. *ſi quis.
31. ff. h. T.* L. *2. ff. de neg. geſt.*

Tertiò † agere poteſt procurator ad 352
omne id, quod intereſt, ne damno affi-
ciatur ex ſuo officio, quod alter præ-
ſtitit, *L. ſi verò. 12. §. ſi mihi. 9.* L. *ſi quis.
16.* L. *ſi mandavero. 22. §. interdum. ff.
mandati* Ratio horum omnium eſt; quia
officium ſuum nemini debet eſſe da-
mnoſum. L. *ſed & ſi. 7 ff. teſtam. quem-
admod. ap.* qua de † cauſa procurator 353
etiam jure retentionis uti, & res quæſi-
tas

tas tamdiu servare potest, donec illi plenè à domino sit satis factû, L. *quæ omnia.* 25. *in f. ff. h. T. VVesenbec. h. n. 8. Rosbach. tit. 20. n. 43. & 44. idem tit. 19. n. 31.*

354 Quartò † agere potest procurator contra dominum ad salarium constitutum, non quidem actione mandati, sed extra ordinem, L *salarium. 7. cum seq. L. qui mutuum. 56. § f. ff. mandati. arg.* L. *divus. 4. ff. de varijs & extraordinarijs.* L. *salarium. 17. C. mandati. VVesenbec. n. 8. in fin. & ad ipsum Bachovius. in notis.*

Quid si autem dominus solvendo non sit? tunc potest desiderare procurator, ut sibi ex re judicata satisfiat propter impensas, quas in litem fecit, L. *actoris. 30. ff. h. T.*

355 Ad extremum † sciendum est, quòd procurator, qui suo locò alium substituit, etiam contra illum actionem mandati perinde, atque si dominus esset, habeat, L. *si procuratorem. 8. §. si quis. ff. mandati.*

356 Plures † aliæ quæstiones de procuratoribus videri possunt apud Jul. Pac. *cent. 2. legum concil. q. 30. & seqq.* & apud Besoldum *in delibatis. h. T.* & apud Oldendorpium *class. 4. act. 24. rub. axioma-*

ta de

ta de procuratoribus. & conclusiones octodecim apud Schraderum *de feudis part. 10. sect. 18.* ubi statim in principio plurimos allegat, qui de hac materia scribunt.

TITVLVS. IV.

De Defensoribus.

SVMMARIA.

1. Defensor quis? 2. 3. cur sine mandato admittatur?

4. Quomodo differat à procuratore?

5. Quotuplex defensor? 6. necessarius quis? 7. an simpliciter & præcisè? 9. ubi defendere debeat?

8. An & quæ differentia inter voluntarium & necessarium?

10. Non omnes, qui agunt, defendere coguntur? 11. 12. 13. 14. nisi satisdederint judicatum solvi. 15. limitatio.

16. Quinam ad defendendum admittantur? 18. 19. & qui non?

17. An Iudex ipse?

20. An invitum defendere liceat?

21. An defensor repelli poßit?

22. Quinam poßint defendi? 23. an contumaces?

HActenus de procuratoribus, qui mandato domini res alienas procurant; nunc de ijs, qui sine mandato, adeóque de defensoribus, paucis agamus.

1 QVÆRITVR † itaque PRIMÒ: Quid sit defensor? Ad hoc RESPONDETVR, is, qui sine mandato alium in judicio defendit; sive qui judicium rei nomine suscipit,

suscipit, & eandem vicem, quam reus subit, *arg. L. sed & ea. 35. v. defendere. ff. de procurat. L. minor 51. ff eodem. L. rectè. 63. ff. de judicijs. Rosbach. prax. civil. tit. 13. de defensor. n. 1.* Ratio † autem, cur 2
ex parte actoris nemo sine mandato agere, & rem in judicium deducere possit (præter conjunctam personam) *L. Pomponius. 40. §. f. ff. h. T. §. si autem. 3. inst. de satisdat.* ex parte verò rei semper admittatur defensor, etiamsi constet eum nullum habere mandatum, est favor & æquitas defensionis. Nam publicè interest, cunctos, etiam ignorantes, præsertim verò absentes, defendi, *L. servum. 33. §. publicè. ff. h. T.* ne ignorantes vel absentes damnum faciant, nemine eorum defensionem suscipiente, *L. 1. §. f. ff. quòd cuiusque univers.* bona enim non defensa possideri possunt, *d. §. fin. tot. tit. de bonis auth. jud. poss.* Ratio † alia: 3
quia actoris nihil interest, cui parata est executio in defensorem, qui præstare debet cautionem de judicato solvendo, ut infra audiemus, *Bachovius ad VVesenbec. n. 12. ff. de procurat.*

QVÆRITVR † SECVNDÒ: Quomodo 4
ergo differat defensor à procuratore?

Ad

Ad hoc RESPONDET Wesenbec. *n. 12 ff. de procurat.* latius patere appellationem procuratoris, quàm defensoris. Nam procurator pro actore æquè atque pro reo intervenit, & tam in judicio, quàm extra judicium; defensor autem vocatur, qui in judicio tantùm pro reo intercedit; is enim, qui extra judicium negotia alterius ultrò, voluntáriè, & non rogatus suscipit, negotiorum gestorum appellatur. de quo tit 6 agemus. Deinde defensor sine expresso mandato sponte ad defendendum alium venit; at procurator non nisi cum mandato, adeò ut ne offerens quidem cautionem de rato, invito adversario plerúmque admittatur, *arg. L. Pomponius. 40. §. f. ff. de procurat. L. exigendi 12. C. eod. Rosbach. loc. cit. n. 2.*

5 QVÆRITVR † TERTIÒ: Quotuplex sit defensor? Ad hoc RESPOND; alius voluntarius, alius necessarius. Voluntarius sive spontaneus dicitur, qui spontè ad defensionem accedit, & ultrò ad propugnandam amici causam sese offert, L. *invitus. 17. C. de procurat. L. liberto. 31. §. litem. 2. ff. de negot. gest.* Ne-

6 cessarius † defensor est, qui in judicio

defen.

defensionem pro reo suscipere cogitur. quod tunc fit, cùm quis alieno nomine agit. Nam procurator actoris, si ex parte adversa reconvenitur, suum principalem defendere cogitur, etiamsi eius rei non habeat mandatum, L. *servum. 33. §. ait prætor. 3. & §. seq.* L. *mutus. 43. §. pœna. 4. §. ait prætor.* L. *non solùm. ff. de procurat. L. 3. C. eod. L. si quis. 34. cum L. seq. ff. h. T.* Ratio: quia defendere est eandem vicem, quàm reus, subire, *L. minor. 51. h. T.* atqui principalis dominus agens non haberet excusationem, reconventus, quin se defendere cogeretur, *L. 2. §. sed & si. 5. ff. de judic. L. cùm Pomponius. 14. C. de sent. tot. tit. ext. de mut. petit.* Ergo nec procurator habet, qui loco domini est, *VVesenbec. num. 12, Rosbach. n. 5. & 6.* ubi inferunt, quòd non solùm procurator, qui ex mandato agit, sed etiam conjuncta persona, si agere velit (sicuti sine mandato bene agere possunt parentes, fratres, affines, liberti) etiam defendere debeant, *d. L. sed & hæ. 35. in pr. ff. h. T. L. non solùm. 39. §. si de dote. 3. eod.*

Ex dictis † apparet, quòd necessarius 7
defensor nullus dicatur simpliciter, &

præcisè (nam præcisa nulla est necessi. tas) sed respectivè & oppositivè. Nemo enim districtè cogitur defendere, sed procuratori, si nolit defendere, denegatur actio, L. *mutus*. 43. § *pœna* 4 *ff. h. T. Iul. Pacius. ibid. num* 5. *Bachovius, ad VVesenbec. n.* 12. *Rosbach n.* 37. æquum enim est, eum, qui alterius nomine tanquam procurator agit, eiusdem etiam defensionem suscipere, L. *servum*. 33. § *æquum*. 4. quia procurator datus ad agendum, censetur etiam datus ad defendendum, L. 33. L. *is*. § *f. ff eod.*

8 QVÆRITVR † QVARTÒ: Utrum sit aliqua differentia, & quæ præcipua inter defensorem voluntarium, & necessarium? RESPOND. hanc: quòd is, qui ultrò ad defendendum accessit, non cogatur aliam subire disceptationem, quàm quæ ab illo voluntariè fuit suscepta, L *qui proprio*. 46. §. 1 *ff. h. T.* qui verò invitus cogitur, is omnium actionum nomine, quæ instituuntur, defensionem in se suscipere tenetur, L. *omnium*. 37. L *sed & hæ*. 35. L. *non solùm*. 39. *ff. h. T. Rosbach. n.* 9 *VVesenbec. n.* 12. ubi limitat non tamen alio † loco, quàm ubi agit
9 per Rationem: quia iniquum esset pro-

cura-

curatorem ad aliam jurisdictionem trahi, quam ipse agendo non agnovisset, *L. sed & hæ. 35. §. 1. L. neque. 54. ff. h T.* vel ubi judicium non agnovisset dominus ipse, nec enim defensoris conditio deterior esse debet, quàm domini, præterquam in satisdando, *L. sed & eæ. 35. §. defendere.*

QVÆRITVR † QVINTÒ: Utrùm omnis ille, qui nomine alieno agit, cogatur etiam eum defendere? Ad hoc RESPONDETVR, quòd non, aliqui enim excipiuntur. Nam inprimis in popularibus actionibus, ubi quis quasi unus ex populo agit, defensionem, ut procurator præstare cogendus non est, *L. mutus. 43. §. 2. h. T.* quamvis enim videri quodammodo possit procurator populi: nihilominus, quia ita causam populi agit, & ejus jus defendit, ut ipse tamen tanquam unus ex populo simul etiam causam agat suam, & tam prævertendo, quàm litem cõtestando causam & actionem faciat propriam: ideo ob mixtam hanc causam actionis ipse liberatur ab onere defendendi, *Bachovius ad VVesenbec. num. 12.* 10

Deinde, † si quis in rem suam procu- 11

ratorio nomine agit, veluti emptor hæreditatis, tunc non tenetur invicem venditorem defendere, si bona fide, & non in fraudem eorum, qui invicem agere vellent, gestum sit negotium, *L, servum. 33. §. f. cum L. seq. ff. h. T.* subinde tamen is, qui in rem suam procurator intervenit, defendere cogitur, *d. §. f. & L. pater. 70. ff. eod.*

12 Tertiò: † qui ab actione desistit, defendere non cogitur, *VVesenbec. h. n. 12.* per Rationem: quia pœna non defendentis hæc sola est, ut denegetur illi actio, *L. mutus. 43. §. pœna. ff. h. T.*

13 Quartò: † adhuc aliæ causæ sunt, propter quas defensio detractari potest, videlicet illæ, quæ à procuratione cœpta excusant, de quibus egimus tit. sup. *q. 16. & q. 27.* videatur, *L. mutus. 43. §. f. cum L. seq. h. T.* ubi §. *6.* hæc generalis.

14 Limitatio † ponitur: ut etiam is, qui non cogitur defendere absentem, tamen si judicatum solvi satisdedit, defendendi absentis gratiâ, cogendus sit judicium accipere, ne decipiatur is, qui satis accepit, adeóque, qui non coguntur rem defendere, post satisdationem coguntur.

Sub,

SVBLIMITAT† tamen Paulus *in d.* 15
§. f. & Ulpian. in d. L. vel si 44. ff. h. T. nisi justa causa intervenerit, veluti si affinitas dirempta sit, aut inimicitiæ intercesserint, vel si procurator longinquo sit abfuturus, vel si bona absentis possideri cœperint,

QVÆRITVR† SEXTÒ: quinam ad 16
defendendum admittantur? Ad hoc RESPONDETVR: quòd sponte quilibet admittantur, dummodo personam legitimam standi in judicio habeant, *VVesenbec. n. 12.* non modò conjuncti, sed etiam extranei, qui ex amicitia, studio, officio, propensione, ac naturali pietate, ad hoc procedunt, *arg. L. Nesennius. 34. L. liberto. 31. §. litem. 2. ff. de negot. gest.* etiam sine omni mandato, ita enim defensionis causa privilegiata est, *Rosbach. n. 10.* ut non modò quilibet reum defendere, sed etiam judex† 17
defensionem, quæ ex actis apparet, nullo defendente adducere possit, *L. planè, & L. fin. ff. de pet. hæred.* præsertim in causis criminalibus, in quibus ex se ipso nemine petente defensiones reorũ quærere, vel defensionem suscipere debet, *L. si non defendantur. 19. ff. de pœnis. Rosbach.*

bach. n. 12. qui *n. 11.* dicit: vocandos esse amicos absentis, cùm debet aliquid fieri in ejus præjudicium.

18 E contrario † autem, qui legitimam personam standi in judicio non habent, & qui ad agendum non admittuntur, nec ad defendendum, seu excipiendum recipi debent, *VVesenbec. d. n. 12. & Rosbach n 13.* ubi infert: quòd minor. 25. annis defensor idoneus non sit, *L. minor. ff. h. T.* quia & ipsi, & ejus fidejussori, per in integrum restitutionem succurritur, unde facilè judicium elusoriū, & ut adversarius lædatur, fieri potest, quod fieri tamen non debet, *per L. fin. C. de his, qui veniam ætat.*

19 Præterea † neque fœmina, neque miles, neque qui reip. causâ absuturus est, aut morbo perpetuo tenetur, aut magistratum initurus est, aut invitus judicium pati non potest, idoneus defensor intelligitur, *L. neque. 54. ff. h. T.*

20 QVAERITVR † SEPTIMÒ: Utrùm possit aliquis defendere invitum? Ad hoc RESPONDETVR: sicut invitus nemo tenetur defendere, (præterquam si agat) *L. invitus. 156. ff. de R. I. L. invitum. 17. C. de procurat.* ita invitus nemo defen-

defenditur, L. *non cogendum. 45. ff. de procurat.* L. *Pomponius. 40. §. f. h. T.* Ergo domino contradicente repellitur, *arg. L. ult. C. de negot. gest. Rosbach n. 7.* nisi forte in criminalibus, *arg. L. non tantum. 6. ff. de appell.*

QUAERITUR † OCTAVÒ: Utrum quis defensorem repellere & petere possit, ut principalis ipse ad respondendum & defendendum veniat? Ad hoc RESPONDETUR: quòd regulariter non possit, nisi in judicio facienda esset interrogatio, in qua principali veritas magis explorata esset, quàm procuratori, aut defensori, post Wurmſ. *pract. obs. tit. 5. obs. 4.* Rosbach. *loc. cit. n. 14.* Confer *q. 8. sup. de procurat.* 21

QUÆRITUR † NONÒ: Quinam possint defendi? Ad hoc RESPONDETUR: omnes: qui vel absunt, vel impediti sunt, ne quis indefensus damnum aliquod præter æqui rationem faciat, L. 1. *ff. quòd cuiusque*, ita quidem, ut non tantùm debitores pecuniarij defendi possunt, sed etiam delinquentes & malefactores publici, *Iul. Clar. §. f. q. 33. v. sed quòd plus. 2. Damhaud. pract. crim. c. 80. n. 1.* ubicunque enim absens quis da- 22

mnari poteſt, ibi quemvis verba pro eo facientem audiri æquum eſt, L. *ſervum.* 33. *§. publicè. ff. h. T.* Hoc tamen

23 LIMITAT † Rosbach. *n, 16.* ut pro contumace, qui fortè non reſpondit poſitionibus, defenſor non admittatur, ſicut nec pro eo, qui palam delinquit, Anton. Gomez. *var. reſol. tom, c. 1. n. 43. de delict.* Clarus §. *f. q. 49. v. & hoc adeo* Soarez. *lit. D. n. 25.* quorum utrumque anxiam dubitationem recipit.

24 QVAERITVR † DECIMÒ. In quibus cauſis admittatur defenſor? Ad hoc RESPONDETVR; quòd non tantùm in cauſa civili, ſed etiam in criminali, adeò ut etiam in capitalibus defenſio detur, *d.* L. *ſervum.* 33. §. *publicè,* Damhaud. *d, c. 80, n. 1.* Villalob. *comm. opin. v. defenſor. n, 17.* Clarus *q. 33. v. ſed quòd plus,* & ne quidem à Principe tolli poſſit, Soarez *loc. cit. n. 24.* Gomez. *n. 66.* Clar. *q. 40, v. quæro nunc..*

25 RESPONDETVR † SECVNDÒ: Non ſolùm in omnibus actionibus (etiam ijs, quæ in hæredem non dantur) L. *omnium.* 37. *ff. h. T.* defenſio admittitur, ſed etiam in interdictis, & poſtulationibus, & in interrogationibus quoque, ut in jure inter-

interrogatus, defensor ex omnibus causis respondeat, ex quibus ipse dominus responderet, L. *non solùm 39. in pr. ff. h. T.*

26 QVÆRITVR † VNDECIMÒ: Quomodo defensor debeat defendere? Ad hoc RESPONDET † Paulus J. C. *in* L. *pen. ff. h. T.* quòd arbitratu boni viri, nec videtur officio satisfacere, qui actorem frustrando efficit, ne lis ad exitum perducatur, L. *fin. h. T.* Debet † ergo defensor judicium ex bona fide suscipere, & omnia, quæ dominus ipse, si præsens esset in judicio, facturus erat, quæque diligentem procuratorem decent, obire, L. *sed & hæ. 35. §. defendere. cum* L. *seq.* L. *liberto. 31. §. litem. 2. ff. de negot. gest. VVesenbec. h. in f. Rosbach, n. 19.* 27

28 QVÆRITVR † DVODECIMÒ: An & qualem cautionem præstare teneatur defensor? Ad hoc RESPONDET Justinianus Imperat. quòd nemo secundùm veterem regulam alienæ rei sine satisdatione defensor idoneus intelligatur, §. *si verò. 5. inst. de satisdat. L. qui proprio. 46. §. 2. ff. de procurat. L. minor. 51. in fin. cum 2. LL. seqq. eod. L. sed & hæ. 35. §. defendere. L. non videtur. 53. eod.* debet itaque satisdare de judicato solvendo, *L.*

Pomponius 40. §. sed & is. 2. h. T. Confer quæ scripsi *ad §. 5. inst. de satisdat.* aliàs non admittitur, *L. exigendi, 12. C. h. T. § si verò. 5. inst. de satisdat.*

29 Ampliatur † autem Primò: ut is, qui voluntariè suscepit defensionem, etiamsi locupletissimus sit, aut vir consularis, nihilominus ad defendendum non admittatur, nisi satisdare fuerit paratus, *L. minor 51. inf. cum LL. seq. h. T.* quemadmodum nec pater, nec filius, *L. filiusfam. ff. qui satisd. cog. Bachovius ad VVesenbec. n. 1. ff qui satisd. cog.*

30 Ampliatur † Secundò: Etiamsi in loco judicij immobilia possideat, *Rosbah. loc. cit. n. 28*, licet aliàs possessores rei immobilis ab onere satisdandi liberentur, *L. sciendum. 15. in pr. ff. qui satisd. cog.*

31 Ampliatur † Tertiò: Ut si post litem cõtestatam defensor interveniat, adhuc satisdare teneatur, *idem Rosbach. num. 26.*

32 Nec † mirum, quia procurator rei, etiamsi mandatum habeat, vel apud acta fuerit constitutus, hanc cautionem præstare debet, *per L. un. C. de satisd. VVesenb. n. 6. ff. de procurat. Rosbach. loc. cit. n. 25.*

si

si principalis, v.g. non satisdedit, Ergo multò magis defensor, quia nemo rectè & idoneè rem tuetur alienam, nisi qui ejusmodi satisdationem præstare paratus est, *L. rectè defendi. 6. ff. de judicijs. L. hæc autem. 5. §. rectè defendi. ff. quib. ex caus. in poss. eat. L. item ait prætor. 21. in fin. ff. ex quibus caus. major.* & non rectè cautum esset adversario de executione, si neque à domino, neque à procuratore ejus, vel etiam defensore, ejusmodi satisdatio præstaretur.

LIMITATVR † autem PRIMÒ: Ut hæc satisdatio necessariò præstanda sit, si petatur: aliàs si non petatur, & omittatur, tenet judicium, & excluditur talis exceptio lite contestata, *Rosbach. n. 26.* videquæ scripsi *d. §. 5. n. 6.* 33

LIMITATVR † SECVNDÒ: Ut defensor unius articuli, & non totius causæ, ut puta, qui absentiam tantummodo alicuius fortè ægrotantis allegat, satisdare non teneatur, Rosbach. *n. 30.* ubi addit; talem neque appellare teneri, sicut nec procuratorem ad certum actum datum, *Sichardus ad L. exigendi. 12. n. 4. C. de procuratoribus.* 34

LIMITATVR † TERTIÒ; Ut non cogatur 35

gatur satisdare defensor, si se referat tantùm ad acta, dicendo; rogo domine Judex, ut inspicias acta hoc vel illo loco, ex quibus deinde pronuncies, quia Judex ultrò hoc posset facere, non admonitus, *idem Sichard. ibid. Rosbach. d. n.30.*

36 QVÆRITVR † DECIMÒ TERTIÒ: Quomodo hæc cautio sit præstanda? Ad hoc RESPONDET idem *n.27. & 29.* datis fide jussoribus, *per L. si ad defendendum. 10. in fin. ff. judic. solv.* L. 1. *ff. qui satisd. cog.* vel sub hypotheca & obligatione omnium suorum bonorum, *§. si verò. 4. inst. de satisd.* quòd si hoc modo satisdare nequeat, admittitur ad juratoriam cautionem, *§. sed hodie. 2. inst. de satisdat.*

37 QVÆRITVR † DECIMÒ QVARTÒ: An non defensor teneatur etiam præstare cautionem de rato? Ad hoc Respondet Cuiac. *h. in fin.* de rato quoque nonnunquam cavere debere, non quidem regulariter, sed in certis tantùm casibus, *Bachovius ad VVesenbec. h in f.*

38 PRIMVS † est iste: si minor læsus dicatur in venditione, & eo nomine restitutio in integrum petatur, aliquis autem defensionem venditoris suscipiat, tunc

de

de rato cavere debet, & judicatum solvi, *De rato* ideo, ne fortè dominus reversus velit quid petere. *judicatum solvi* propterea; ut si quid minori propter hanc restitutionem in integrum praestari debeat, hoc praestetur, L. *39.* §. *f.* h. *T.* SECVNDÒ; † si tutor absens suspectus postuletur, non facilè quidem per procuratorem excusabitur, quoniam famae causa est; si tamen absente tutore, quasi non defenderetur, praetor erat cogniturus, in eo casu defensor intervenire potest, dummodo de rato caveat, ne reversus ille velit retractare, quod actum est, L. *non solùm. 39.* § *fin. ff. h. T.* *Rosbach. num. 24.* 39

TERTIÒ † is, qui quasi defensor in rem actione convenitur, praeter solitam satisdationem judicatum solvi, etiam de rato debet cavere, L. *Pomponius. 40.* §. *sed & is. ff. h. T.* ubi Rationem vide. 40

Jdem † est QVARTÒ in duplicibus judicijs, v.g, communi dividundo, *per* L. *si defunctus. 15.* §. *f. ff. eod. Rosbach. loc. cit. n. 24. Zasius h. n. 17.* quia ad agendum & defendendum videtur datus, ac proinde duplex cautio interponenda, *d.* §. *f.* quamvis hic non tam defensor, 41

quàm

quàm procurator ſit dicendus. DENI-
42 QUE † defenſor rem ratam dominum habiturum cavere debet, quando præcisè neceſſarium eſſet, reum ſententiæ acquieſcere, nec poſſet aliter rei judicatæ ſatisfieri, *Zaſius & Rosbach loc. cit.*

43 QUAERITUR † DECIMO QUINTÒ: Quis ſit effectus defenſionis? Ad hoc RESPONDETUR PRIMÒ: Quòd is, qui defenſionem ſuſcepit, non cogatur præcisè judicium accipere, cùm ſufficiat committi ſtipulationem judicatum ſolvi, L. *non cogendum.* 45. *in pr. ff. h. T. Roſbach. num.* 21.

44 RESPONDETUR † SECUNDÒ: Quòd defenſor, cùm ſatiſdedit, domini loco habendus ſit, L. *Titius.* 76. *ff. h. T.* an autem poſt ſatiſdationem ſtatim procuratorem conſtituere poſſit ante litem conteſtatam? vide apud Durand. *in ſpec. tit. de procurat.* §. 1. *n.* 27. & 28.

45 RESPONDETUR † TERTIÒ: Si principalis, cujus nomine defenſor extitit, ante litem conteſtatam accedat, & ſuo nomine litem ſuſcipere velit, causâ cognitâ audiendus eſt, L. *is, cujus* 64. *ff h. T.* cùm ante litem conteſtatam libera etiam poteſtas ſit, vel mutandi procu-

ratoris,

ratoris, vel ipsi domino judicium accipiendi.

RESPONDETUR † QUARTÒ: Si defensor satisdederit, actio ex stipulatu in dominum non datur, L. *si procurator.28. in f. ff h. T.* sed defensor ipse ob rem non defensam ex stipulatu tenetur, L. *Plautius. 61. in fin. ff eod* L. *non cogendum. 45. in pr. ff. eod. Rosbach. n. 33.* Ob rem tamen non defensam conveniri nō potest, si justas causas habeat, cur judicium accipere nolit, *d.* L. 45. An autem justa recusandi judicij causa sit, si reus principalis solvendo esse desijt? vide *in* L. *Titius 76.* ubi Julianus Respondit, etsi prætor eum non cogat judicium accipere, tamen hoc parum ei profuturum, cùm ad fidejussores ejus actor ire possit, & ij, quicquid præstiterint, à defensore consecuturi sint. 46

RESPONDETUR † QUINTÒ: Si defensor condemnatus fuerit, cum domino judicati agi non potest, L. *si procurator. 28. in fin. ff. h. T.* sed ipse defensor actione judicati convenitur, L. *Plautius. 61. in fin. h. T.* quamvis in procuratorem actio judicati non detur, ut vidimus sup. *de procurat. q. 27. resp. 2.* 47

RESPON-

48 Respondetur † Sextò: Quòd ex defensione præstita defensor adversus defensum habeat actionem negotiorum gestorum, ad expensas litis repetendas, *arg.* l. 2. *&* l. *si autem.* 8, *in pr. ff. de negot. gest.* l. *de qua re.* 74. *§. f. ff. de judicijs.* l. *si quis cum.* 31. *in pr. h. T. Rosbach, n.* 34. *&* 35. *Iul Pac, h. in fin.*

49 Quaeritur † Penultimò: An etiam defensori exceptiones opponi, ísque à judicio repelli possit? Ad hoc Respondetur: contra defensorem idem obijci posse, quòd contra procuratorem, *arg.* l. *minor.* 51, *ff. h. T.* videlicet, quòd non habeat legitimam personam standi in judicio, *t. t. C. qui legit. pers.* quòd sit minorēnis, fœmina, miles, morbo perpetuo laborans, talis, qui invitus judicium non patitur, l. *neq.* 54. *ff. h. T.* de quib. vid sup. *t. t. q.* 6. peculiariter autem illud, quòd non caverit de judicato solvendo, *arg.* l. *exigendi.* 12. *C. de procurat. §. si verò inst. de satisd. Rosbach. num.* 37.

50 Quaeritur † Ultimò: An is, qui ad defendendum tenetur, vel qui defendere aliquem promisit, de jure simul, & de facto defendere teneatur? vide Myns.

Mynſ. *cent. 2. obſ. 19.* ubi putat, non intelligi promiſiſſe, ſe defenſurum eum à violentia extrajudiciali, *per L. expulſos. 17. C. de actionibus empti.* id autem LIMITAT † procedere in privata perſona, ſecus eſt in Principe, qui protectionem alicui promiſit, is enim intelligitur promiſiſſe, quòd protecturus ſit adverſus eos, qui ipſum de facto turbarent, & inquietarent. 51

TITVLVS V.

Quòd cuiuſque Vniverſitatis nomine, vel contra eam agatur.

SVMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Quid, & quotuplex Vniverſitas?*
3. *Alia rerum.* 4. *alia perſonarum.*
5. *An idem Univerſitas & Communitas?*
6. *Cur ſic dicta?*
7. *An etiam Vniverſitas agere, & convenire poßit?*
8. *Vniverſitas durat hominibus etiam ſublatis.*
9. *Quomodo citari poßit Vniverſitas?*
10. *Quid ſit Syndicus?* 11. *unde dictus?*

tatis. 41. *vel ijs, quibus potestas eligendi data est.* 42. *etiam filiofam.*

43. *Syndicus ex ipsa universitate eligendus.*

44. *Originarij extraneis præferendi, nisi idonei non sint.*

45. *Sibi ipsi nemo dare potest suffragium.*

46. *Syndici esse possunt, qui procuratores.* 47. *præsertim periti juris.* 48. *Non mulieres, milites, & alij.* 49. *an extranei, extantibus idoneis originarijs?*

50. *Inviti.* 51. *& plures.* 52. *in solidum dari possunt.* 53. *aliter atque in procuratoribus.*

54. *Quæstiones remißivè tacta.*

55. *Syndicus dari potest ad omnes causas.* 56. *etiam criminales.* 57. *sine periculo.*

58. *Universitas quando dicatur delinquere?*

59. *Syndicus etiam contra superiorem operam præstare potest.*

60. *Quomodo Syndicus constituatur?* 61. 62. 63. 64.

65. *Definitè, & indefinitè.* 66. *ad certum tempus.*

67. *Syndicus ad cautionem non tenetur.* 68. *neque ad mandatum producendum.*

69. *Forma instrumenti, & ejus requisita.*

70. *An nomina cõstituentium exprimenda?*

1 RAtio † ordinis, sive continuatio hujus tituli cum superiore, est ista: in præcedenti actum fuit de procuratoribus privatorum, qui videli-

cet res & causas privatas curant & agũt; in hoc autem de procuratoribus universitatum quasi publicis, qui non privatâ constitutione, sed publicâ authoritate, pro tota universitate interveniunt, rem in judicium deducunt, & nomine illius vel agunt, vel conveniuntur, quos solemus *Syndicos* vocare, de quibus breviter agemus, quia pleraque, quę de procuratoribus privatorum diximus, etiam de his dici possunt, & cùm eorum officium, & potestas in omnibus ferè cum procuratorum munere conveniat, ea, quæ hic desiderantur, ex superiori titulo de procuratoribus desumi possunt, *ita Cuiac. h. VVesenbec. n. 1. & fin. Pacius n. 1. Steinhuf. in pr. & n. 3. in fin. Rosb. prax. civil. tit. 12. de Syndicis. num. 1.* Ut autem hæc materia melius intelligatur, inprimis

QVÆRITVR: Quid † sit Universitas, 2
& quotuplex? Ad hoc RESPONDETVR; quòd universitas in genere loquendo nihil aliud sit, quàm corpus ex pluribus rebus vel personis collectum. Adeóque universitas alia est rerum, alia personarum. Sic grex, † armentum, equitium, 3
dicuntur universitates, & quando eo-

rum ususfructus legatur, dicitur ususfructus universitatis legatus esse, L. *quid ergo*, §. *sed quòd. 3. ff. de usufruct.* Sic peculium & hæreditas dicuntur universitates bonorum, L. *item veniunt. 20.* §. *non solùm. 10. ff. de pet. hæred.* L. *1.* §. *1. ff. quor. bon.* L. 1. *ff. de rei vend.* L. 1. §. *quæ sunt. ff. de interdictis.* Sic in institutionibus dicuntur modi acquirendi per universitatem illi, quibus non una, vel altera res sigillatim, sed plures simul acquirũtur, §. *f inst. per quas pers. princ. inst. de acquis. per arrog.* De ista *universitate rerum* sub hoc titulo non agitur.

4 *Vniversitas* † autem *personarum* nihil est aliud, quàm collectio, sive congregatio plurium personarum, in civili societate simul viventium, qualis est provincialium in tota aliqua provincia, die Landtschafft / nobilium in tota aliqua regione, uti est die freye Reichs-Ritterschafft in Suevia, Franconia, &c. qui & ipsi suos Syndicos habent: civium, sive incolarum in civitatibus, oppidis, & pagis, municipijs, & rebus publicis: artificium in certis collegijs, & tribubus, uti pistorum, naviculariorum, &c. Doctorum & Magistrorum in Academijs,

quæ

quæ per excellentiam *universitates* appellantur, sodalium in congregationibus, Decurionum & Senatorum in curia, &c. Clericorum vel Monachorum in Capitulo. Ex quo † apparet, quòd 5
varia sint genera universitatum, & pro earum varietate varia nomina habeant, quódque in effectu universitas aliud nihil sit, quàm *communitas*. Nam † qui de 6
universitate sunt, habent communia jura, privilegia, statuta, item pecuniam & arcam communem, *l*. 1. *h. T.* résque alias, uti theatra, stadia, & si quæ alia sunt communia civitatum, L. 6. *§*. 1. *ff. de rer. divis.* quæ proinde *res universitatis* appellantur, §. *universitatis, inst, eod.* plura de hoc, quid sit universitas, & quot sint universitatum species? vide apud Nicol. Losæum *p*. 1. *c*. 1. *&* 2. *de jur. universit. per tot.* Quia igitur super his cõmunibus rebus & negotijs sæpe controversiæ incidunt. Ideo

QVÆRITVR † SECVNDO; Utrum 7
etiam universitas in judicio agere & conveniri possit? Ad hoc Respondet Cajus J. C. *in* L. 1. §. 1. *h. T.* quòd omninò universitates, & respublicæ, id quod communiter agi vel fieri oportet, per

actorem sive Syndicum agere vel facere possint. Sicut autem agere, ita quoque conveniri possunt, & adversus eas agi, L. *sicut. 7. in pr. ff. h. T.* Ubi Ulpianus id in tantum extendit, ut si universitas ad unum recidat, adhuc nihilominus admittendum sit, eam posse convenire, & conveniri, quia jus omnium in unum recidit, & extat nomen universitatis.
8 Nam † in universitatibus nihil refert, utrum omnes ijdem maneant, an pars maneat, vel omnes immutati sint, *d. L. 7.* semper enim universitas durare censetur, quamdiu una persona superest, etiamsi personæ aliquæ intercidant, aut aliæ recipiantur, L. *proponebatur. 76. ff. de judicijs. VVesenbec. h. n 2. in f.* Quo-
9 modo † autem citari possit universitas? vide apud Gailium 1. *obs 49 num. 6.* & Steinhus. *h. n. 2.* Losæum *de jure univers. q. 2. c. 1. n. 62. & 63.* Wesenbec, *n. 10. C. de in jus voc.* ubi putat, citationem dirigendam ad decurionem primum, eò quòd is universitatem repræsentet.
10 QVAERITVR † TERTIÒ: Quid sit Syndicus, unde dictus, & quomodo ab actore differat? Ad primum RESPONDETVR; quòd Syndicus sit procu-
rator

rator universitatis, qui publicâ authoritate, & communi mandato causas & lites universitatis prosequitur, *VVesenb. h. n. 3, Rosbach, loc. cit. n. 2.* vel is, qui pro universitate intervenit, ejúsque nomine agit, sive convenitur, *Iul. Pac. n. 9.*

11 Ad † alterum RESPONDET Accursius Syndicum dictum esse quasi singulorum causas dicentem. Sed hoc falsum commentum esse ostendit Mynſ. §. *procurator. n. 6. & 7. inst. de his per quos ag. poss.* ubi ait; dictum esse à Græco verbo ΣΥΝΔΙΚΕΙΝ, quod idem est, ac patrocinari, seu defendere, *L. fin. §. defensores. 13. ff. de muner. & honor.* ut ita Syndicus idem sit, quasi publico juri, causísque communiter defendendis deditus, *VVesenbec. n. 3. & Rosbach. n. 2.* existimant Syndicum à lite, seu causa, quæ Græcis ΔΙΚΗ dicitur, appellatum fuisse.

12 Ad † tertium RESPONDETUR; licet aliquoties in legibus alter sub alterius appellatione accipiatur, *L. 1. §. 1. ibi actorem sive Syndicum. h. T. L. nec civitatis. 74. ff. de procurat.* tamen Accursius ita distinguit actorem à Syndico, ut dicat, quòd *Syndicus* sit *generalis* procurator, datus ad omnes causas tractandas,

tam præſentes, quàm futuras: *Actor* verò procurator *ſpecialis*, qui ad unam tantùm cauſam, impedito fortè Syndico, conſtituitur, *vide L. f. §. defenſores. 13. ff. de muner. & honor. gl. ad L. 1. v. Syndicum. ff. h. T. Mynſ. loc. cit. n. 9. VVeſenbec. h. n. 3. Rosbach. n. 3. & 4.* ubi ad-
13 dunt: quod † ſicuti actor in privatis cauſis eſt vice procuratoris; ita ſit vice Syndici in communibus, *per L. 6. § f. h. T.* Nam ut in *tit. de procurat. q. 4. reſp. 4.* dictum eſt, actor quandóque accipitur pro illo, qui vice procuratoris ab eo, qui procuratorem dare non poteſt, (ut à tutore) ſubſtituitur, L. 1. *C. de actore à tut. dando. L. ſi actor. 10. C. de appellat.* Ex
14 quo † infert Steinhuſ. *h. n. 2.* quòd officium actoris ſit generalius, cùm à privato quoque conſtituatur, & ſæpè in una re; Syndicus verò ab univerſitate ad plures cauſas,

15 QVÆRITVR † QVARTÒ: Cur conſtituantur Syndici? Ad hoc RESPONDETVR: propter neceſſitatem, & utilitatem tam univerſitatis, quàm privatorum, quibus lis & negotium cum univerſitate intercedit. Nam abſque conſtitutione Syndici communitas neque

agere

agere, neque cum ea agi rectè posset, *VVesenbec. n. 4. in f. & n. 8. in pr.* & quia naturale vitium est, negligi quod commune est, *L. 2. in pr. v. naturale. C. quando & quib. quart. pars* ideo res communes plerumque negligerentur, nisi certus his rebus administrator præficeretur, qui & ageret universitatis nomine, & eandem adversus cunctos defenderet, ne bona communia ob rem non defensam possideantur, *L. 1. ff. f. h. T.* bona enim non defensa possideri possunt à creditoribus, *tot. tit. C. de bonis auth. jud. poss.*

16 QVÆRITVR † QVINTO: Utrum omnes, qui causas publicas seu communes tractant, & administrant, indistinctè vocentur Syndici? Ad hoc RESPONDETVR: quòd non. Nam qui causas criminales tractant, & mulctas ac pœnas universitatis exigunt, ac persequuntur, illi 17 † *procuratores fisci* vulgò nominantur, vel fiscales, græcè verò ΕΚΔΙΚΟΙ. quia ΕΚΔΙΚΕΙΝ. Græcis propriâ vindictam & mulctam in judicio persequi significat, *VVesenb. h. n. 3.* 18 Qui † rei nummariæ, pecuniæ, & ejus generis negotijs præsunt, illi *Administratores rerum civitatis* vocan-

vocantur, *L. f. ff. h. T. tot. tit. C. de ad-*
19 *minist. rer. ad civit. pert.* Qui † alia negotia extrajudicialia civitatis persequitur, *Curator*, & qui ei substituitur, *Subcurator* dicitur, *L. ex facto. 30. ff. de ne-*
20 *got. gest.* Qui † judicijs inservit, *Tabellio, Tabularius, Actuarius, Servus publicus*, vel civitatis, *L. fin. ff. h. T. §. cùm autem. 3. inst. de adopt. L. orphanotroplus 32. C. de Episcop. & Cler. tot. tit. C. de tabular. VVesenbec. h. n. 3. in fin. Rosbach. loc. cit. n. 8.*
21 Qui bonis † dividundis perficitur, *Magister universitatis, L. actor. 9. & ibi Gothof. ff. rem rat. hab.*

22 QVÆRITVR † SEXTÒ: Utrum omnes communitates habere possint Syndicum? Ad hoc Respondet Cajus J.C. *in L. 1. h. T* quòd non, sed eæ tantùm, quibus permissum est habere corpus collegij, societatis, sive cujuscunque alterius nomine, eorum enim proprium est ad exemplum reip. habere res communes, arcam communem, & actorem sive syndicum. Neque enim societatem, neq; collegium huiusmodi corpus passim omnibus habere conceditur, *d. L. in*
23 *pr.* Ratio † est: quia cives instituendo collegium singulare videntur se à jure & cor-

& corpore totius universitatis segregare, & quandam secessionem facere, quod multis suspicionibus, odijs, conspirationibus, machinationibus, & sumptibus est obnoxium, & laxationem civilis disciplinæ plerumque affert, *VVesenbec. h n. 2.* De quo pluribus infra sub titulo *de collegijs, & corporibus lib. 47. tit. 22.*

Pro † REGULA ergo hoc loco tenendum; quòd omne collegium licitum, & quælibet universitas, possit habere Syndicum. Nec intereit, qualisnam sit universitas, sive nobilium, sive civium, sive rusticorum, dummodo sit approbata, & non prohibita, *VVesenbec. n. 4. Rosbach n. 10.* Sed quia universitas nihil aliud est, quàm homines universitatis, *Gail. 2. de PP. c. 9. n. 13. Mynſ. cent. 4. obſ. 78. n. 9.* ideo 24

QUÆRITUR † SEPTIMÒ: An ergo omnes, qui sunt de cummunitate, citari vel adesse debeant, quando Syndicus eligitur? Ad hoc RESPONDETUR; regulariter loquendo omnes ex universitate convocandos & citandos esse. Sicut enim capitulares omnes ad electionem Prælati sunt vocandi, *c. quia propter. 42.* 25

c. quòd

c. quòd sicut. 28. ext. de elect. ita quoque ad electionem Syndici alicuius civitatis, vel capituli, v.g. omnes cives vel capitulares sunt convocandi, *VVesenbec. d. n. 4. v. quamquam. Rosbach. num. 11.* Ratio: *quia* omnium interest habere bonum Syndicum; sicuti Clericorum & Monachorum habere bonum Prælatum, *Ioan. Herman. Stamm de servit. pers. lib. 1. tit. 4. c. 1. n. 9.*

26 Effectus † autem hujus constitutionis est, ut si aliqui emaneant, nihilominus præsentes possint actum perficere, *per auth. si omnes. C. si minor se hæred. abst. VVesenbec. & Rosbach. loc. cit.* quod verum est, dummodo duæ partes ex tribus interveniant, *per L. 2. & 3. ff. de decret. ab ord. fac.* Nicol. Losæus *de jur. univers. p. 1. c. 3. n. 75. L. 3. ff. h. T.* Hoc autem, quod dictum est, omnes de universitate citandos esse.

27 LIMITATUR † PRIMÒ: Nisi lex, statutum, vel consuetudo, certis quibusdam jus eligendi, aut constituendi deferat, *arg. L. 6. in pr. ff. h. T.* vel certam aliquam personam constitui jubeat, v.g. majorem natu, aut alium ex certo ordine, certáve familia hominem, *arg. L. 3. h. T.*

h. T. VVesenbec. n. 4. in pr. ubi dicit, quòd Syndici constituantur non tantùm ab iis, qui sunt de universitate, sed quandóque à lege, vel consuetudine, & quòd nunc universitas tantùm constituat Syndicum, ubi lex vel consuetudo deficit, *Rosbach. n. 9. & 10.*

LIMITATVR † SECVNDÒ: Nisi omnes & singuli de universitate haud facilè convenire possint, tunc enim plerumque receptum est, ut ordo decurionum & magistratuum in singulis civitatibus & oppidis Syndicum nomine communitatis constituat, *arg. L. 3. L. item. 6. in pr. VVesenbec. d. n. 4. v. potest etiam. Rosbach n. 14.* quia magistratus in plerísque nomine communitatis jus populi exercet, *L. 2. §. deinde quia. 9. ff de orig. jur.* L. 9. *ff. de* LL. *§. Senatus consultum. 4. inst. de. I. N G. & C.* vide tamen de hoc; an civitatis Syndicus ad lites, vel causas, à Consulibus & Senatoribus dari possit absque tribunorum plebis interventu? Rauchbar. *p. 2. q. 1.* Imò † non tantùm Decuriones alicuius oppidi vel municipij Syndicum eligere possunt, sed etiam hi, quibus ea res & electio ab ordine est commissa, *d. L. 3.* ut plerum-

28 29

que

que duumviris, vel alijs committi solet. Parvi enim refert, ipse ordo eligat, an is, cui ordo negotium dedit, L. 6. §. *si Decuriones. ff. h. T.* id enim ab ordine fieri dicitur, quòd fit ab his, qui authoritatem ab ordine habent, *VVesenbec. d. n. 4. circ. f. Rosbach. n. 14. & 15.* ubi addunt, à quibuscunq; constituatur Syndicus, publicà authoritate, & nomine totius cõmunitatis, fieri & perfici debere.

30 LIMITATVR † TERTIÒ: Ut id, quod diximus, omnes ex universitate convocandos esse, de his tantùm accipiendum sit, qui jus suffragiorum habent, non de alijs, qui jus conventuum & comitiorum publicorum non habent. *VVesenbec. d. num. 4. v. quod autem. Rosbach. num. 12.*

31 QVÆRITVR † itaque OCTAVÒ: Quinam jus suffragiorum habeant? Ad hoc RESPONDETVR masculi puberes, cives Romani, qui negotium, de quo agitur, intelligũt, unde à contrario cõcluditur.

32 PRIMÒ † *mulieres*, quia ab omnibus actibus, muneribus, & officijs publicis, & civilibus remotæ sunt, L. 2. *ff. de R. I.* neque jus comitiorum, seu suffragiorum, & conventuum publicorum habent,

habent, *Gell. lib. 5. noct. Attic. c. 16.* ergo ad electionem Syndici vocari non debent, *VVesenbec. loc. cit. Rosbach. num. 13.* ubi LIMITANT: nisi quando fœminis jure vel moribus collegium habere licet, ut in monasterijs, asceterijs, xenodochijs, & alijs locis pijs, quo casu Syndicum constituere non prohibentur, *arg. L. placet. 12. C. de Episcop. & Cleric.*

SECVNDÒ † excluduntur *impuberes* 33 propter eandem rationem, quia jus comitiorum non habent, & negotia publica nondum intelligunt, *Dd. ad §. testes. 6. inst. de testam. ordin.*

Sed quid † de puberibus adhuc mino- 34 rennibus? videri posset vocari non debere, quia muneribus publicis non rectè adhibentur, *L. ad remp. 8. ff. de muner.* Durandus tamen eos admittendos putat ideo: quia Sacramentum universitati præstare possunt, *arg. c. 1. § præterea de prohib. feud al. per Frider. Rosbach. n. 13.* Wesenbec. *loc. cit. v. sed an,* ubi Limitat: nisi alia specialis consuetudo aliud induxerit, quæ præcipuè attendenda est, *per L. 6. in pr. h. T.*

QVAERITVR † NONÒ: An in 35 eligendo Syndico omnes illi, qui jus

suffragij habent, consentire debeant? videri posset, quòd sic. quia quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, *c. quod omnes. 29. de R. I. in 6. L. f. C. de auctor. præst.* sed quia hoc non obtinet in rebus collegij, sed in ijs tantum, quæ ad singulos privatim pertinent, *Steinhus. h. n. 2.* sive in his, quæ fiunt à pluribus ut singulis, non à pluribus ut omnibus, *per L. 7. in f. ff. de pact. Canis. ad dict. c. 29.*

36 ideò † RESPONDETUR: non esse necesse, ut omnes consentiant, sufficere si major pars consentiat, computatis etiam ijs, qui ex universitate domo absunt, *Rosbach. num. 10. & 11.* & eo, qui electus est, L. 4. *h. T.*

37 Quamvis † enim in constituendo Syndico duæ partes adesse ex tribus debent, vel amplius quàm duæ, *per L. 3. h. T. VVesenbec. h. n. 4.* (quemadmodum in simili in decretis ab ordine faciendis ad minimum duæ partes ex tribus præsentes esse debent, L. 3. *ff. de decret. ab ord. fac.* idque ideo; quia ad hoc, ut concilium civitatis, vel alterius universitatis, dicatur legitimè congregatum, requiritur, ut omnes consiliarij vocentur, & ut duæ partes ex tribus conveniant, *Nicol.*

Losæus

Losæus de jure univers. p. 1. c. 3. n. 75. & *82.* quia ordo non aliter habetur, quàm duabus partibus adhibitis) tamen non est necesse, ut omnes congregati consentiant, sufficit ut major pars decurionum congregatorum consentiat, sive omnes de universitate adsint, sive duæ partes, vel plures, *Nicol Losæus loc. cit. num. 82.*

QVÆRITVR † DECIMÒ, Cui liceat dare suum suffragium? Ad hoc RESPONDETVR: omnibus, qui sunt idonei & habiles. Idq; AMPLIATVR † PRIMÒ: ut etiam pater possit dare suum suffragium filio, vel filius patri? L. 5. *h. T.* idem ait Paulus in L. *6. eod,* in his, qui in ejusdem patris potestate sunt, quia non quasi domesticæ personæ hoc faciunt, sed quasi decuriones, vel aliqui de collegio, quod ipsum in petitione honorum servandum: nisi lex municipij vel consuetudo prohibeat, *d.* L. *6.* 38 39

AMPLIATVR † SECVNDÒ: Ut etiam superior in aliqua universitate possit in Syndicum eligi, v.g. in aliqua civitate Consul duumvir, vel defensor civitatis, *post Bartol. in* L. *nulli, 3. h. T. VVesenbec. h. n. 5. Rosbach. n. 22.* 40

41 AMPLIATUR † TERTIÒ: Ut possit etiam sumi aliquis ex eorum numero, quibus potestas eligendi data est, L. 4. *ff. h. T.*

42 AMPLIATUR † QUARTÒ: Ut etiam filiusfamiliâs Syndic⁹, vel actor, cōstitui possit. L. *6. in fin. h. T.* tum quia procurator esse potest, *L. filiusf. 8. ff. de procurat.* tum quia in publicis patria potestas non attēditur, L. *filiusf. 9. ff. de his, qui sunt. ff de iudic. sui.* L. *in privatis. 77.* cū L. *seq. ff. de jud.*

43 LIMITATUR † autem, ut tamen Syndicus ex ipsa universitate sit eligendus, si in ea sit idoneus, *arg. L. 1. §. f. v. extraneus. ff. h. T. L. ut gradatim. §. & si. ff. de muner. gl. ad L. 4. ff. h. T. VVesenbec: d. n. 5. Rosbach. n. 21.* ubi Rationem reddunt; quia is majore studio & fide præsumitur causas suæ communitatis acturus, magis enim præsumuntur patriam suam diligere, & melius mores & consuetudines illius scire, unde in admini-
44 strandis rebus civitatis † originarij extraneis sunt præferendi, *Mynſ. cent. 4. obſ. 30.* quod si verò in universitate, vel communitate aliqua idoneus non reperiatur (uti in pagis & parvis municipijs non rarò contingit) tunc etiam extra-

neus

neus in Syndicum aſſumi poteſt, *Dd. ad L. in Eccleſijs. C. de Epiſcop. & Cler. VVeſenbec. d. n. 5. Rosbach. n. 23.* quia in defectu originariorum neceſſitas rem eò perducit, ut extranei admittantur. *VVeſenbec. loc. cit. & num. 5. C. de magiſt. municip.*

LIMITATVR † SECVNDÒ: Ut tamen ſibi ipſi nemo poſſit dare ſuffragium, multò minus, ſi hæc electio uni commiſſa eſſet, ipſe ſe conſtituere poſſet, *per L. 5. ff. de off. præſid. arg. L. prætor. 4. ff. de tutor. & curat.* tum quia de eo non cenſetur actum, *arg. L. 9. ff. de tranſact.* tum quia ſuſpectus eſt, qui ſeipſum *in*gerit, *L. quæ omnia. 25. ſup. de procurat. VVeſenbec. d. n. 5. Rosbach. n. 23.* 45

QVAERITVR † VNDECIMÒ: Quinam ergo habiles & idonei, & quinam inhabiles cenſeantur? Ad hoc RESPONDETVR: quòd in genere loquendo ij ad Syndici munus idonei ſint, & rectè adhiberi, ac conſtitui poſſint, qui procuratores idonei cenſentur; & è contrario qui procuratores eſſe prohibentur (dignitate exceptâ) nec Syndici eſſe poſſunt, *VVeſenbec. d. n. 5. Rosbach. n. 19.* per Rationem; quia cùm publica ſint 46

privatis potiora, *auth. res quæ, C. commun. de legat.* absurdum foret illis negotia publica cõmitti, qui privatis rectè præfici non possunt.

47 In † specie autem illi maximè idonei censentur, qui scientia juris sunt imbuti, & causarum rerúmque agendarum periti, *ijdem ibid.* ubi Wesenbec, censet, imperitos licet electos repelli posse, post gl. *in L. 1. §. f. v. aut inhabilis. ff. h. T.*

48 Vnde † sequitur: quòd neque fœminæ hoc munus, utpote publicum, & civile, subire possint, L. 2. *ff. de R. I. L. alienum. 18. C. de procurat.* neque milites, ne à militia, & à signis suis, avocentur, L. 7. *& 9. C. de procurat.* nec minores 25. annis. L. *exigendi. 12. C. eod.* nec illi, qui valetudine, vel alio vitio impediuntur, uti furiosus, qui sensu destitutus est, L. 2, *ff. de procurat.* mutus & surdus, *L. mutus. 43. in pr. ff. eod.* nec illi, qui tali impedimento detinentur, quò minus suis negotijs superesse possint, *arg. L. 1. § f ff. h. T. Rosbach. n. 16. & seqq. VVesenbec. d. n. 5.* ubi dicit: reip. interesse, aut tales non creari, aut si creati sint, apparente impedimento statim revocari, An † au-

49 tem Syndici extranei constitutio valeat,

si in

si in universitate idonei reperiantur, vide apud Rauchbar. *p. 2, q. 1.*

QVAERITVR † DVODECIMÒ: 50
An invitus quis cogi possit Syndicus esse? Ad hoc RESPONDETVR, cùm officium Syndicatûs sit publicum, etiam nolentibus & invitis imponi posse, *arg. L. 1. §. 2. ff. de muner. & honor.* in quo Syndici à procuratoribus differunt, qui inviti non dantur, L. 8. §. *invitus. 2. ff. de procurat. VVesenbec. h. n. 5. Rosbach. n. 20.*

QVAERITVR † DECIMÒ TERTIÒ: 51
An possint dari plures Syndici? Ad h
RESPONDETVR: quòd non ta
unus constitui possit, sed etiam .oc
quia plurium fidei rectius, q ıtùm
resp, committitur, *VVesenb* plures,
neque qui *n. 3.* testatur, i ıàm unius
munitatibus, non unu ec. *h. n. 5. u.*
stitui solere. Illud ı magnis com
chio *n. 24.* notat n, sed plures con
gulos in soli etiam cum Rosba 52
etiamsi in i ; si plures dentur, sin
presséno ıum constitutos videri,
munici ıstrumento Syndicatûs ex
var ı caveatur, L. 11. 12. 13. *ff. ad*
pal. quod in procuratoribus pri
ıs contra esse diximus, *sup. tit. de pro*
curat. q. 13. ubi † distinximus inter pro 53
curatores plures à pluribus, & ab eo

O 4 dem

dem datis, quæ diſtinctio hic locum non habet Nam ſi cives aut municipes, vel tota aliqua univerſitas, ad agendum dat actorem, non cenſetur à pluribus datus, quia pro rep. vel univerſitate intervenit, non pro ſingulis, L. 2. *ff. h. T.* Nam univerſitatis corpus unius civis, vel perſonæ vicem repræſentat, *Mynſing.*
54 *cent. 4. obſ. 76. n. 2.* Plura † de hoc, & an quilibet eorum teneatur inſolidum, & an alter pro altero, item an habeant beneficium diviſionis, vel ordinis? vide apud Loſæum *loc. cit. n. 118. & ſeq.*

QVAERIRVR † DECIMÒ QVARTÒ: Quibus in cauſis Syndicus conſtitui
55 [illegible]? Ad hoc RESPONDETVR: quòd [illegible]s in genere dari poſſit, ad omnia negoti[illegible], omnéſque reip. cauſas, & controverſias [illegible], non tantùm præſentes ſed etiam futura[illegible], quæ quandocunque incidere poſſunt, *L.* [illegible] *item. 6. §. ſed ſi ff. h. T.* In quo differt ab acto[illegible]e, qui non niſi ad præſentes cauſas conſtitu[illegible]itur, quia ubi non eſt præſens judicium, i[illegible]i nec actor eſſe poteſt, *arg. d. §. VVeſenbec.* [illegible] *num. 6. Rosbach. num. 5.*

RESPONDETVR † SECVND[illegible]:
56 Quòd dari poſſit non tantùm ad cauſas civiles,

civiles, sed etiam criminales, dummodo mandatum speciale habeat, vide notata supra *de procurator. n. 165.* Mynſ. *cent. 4. obſ. 76. n. 3. & 4.* *Gail. 1. de P. P. c. 10. n. 11. Damhaud. in pract. crim. c. 24. n. 2. VVeſenbec. h. n. 6. Rosbach. n. 26.* ubi notant, universitatem haud quaquam commodè conveniri, vel agere posse, nisi per Syndicum, adeóque per eum etiam accusare & accusari, defendíque posse, & in hóc iterum à procuratore privato differre. Quamvis † autem in criminalibus admittatur Syndicus, id tamen fit sine periculo, quòd aliàs in causis privatis actores, vel reos manet, *Bachovius ad VVeſenbec. n. 6.* 57

Quomodo † autem, & quando dicatur universitas delinquere? vide apud Mynſ. *cent. 4, obſ. 78. & 79.* Gail. *2. de P. P. c. 9. n. 14. & seqq.* Bart. *in L. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pœnis.* Farinac. *quæst. 24. n. 107. cum seqq.* 58

RESPONDETUR † TERTIÒ: Quòd Syndicus illis quoque causis rectè præficiatur, quas universitas cum superiore, puta Principe, vel alio habet, adeóque Syndicus universitati operam contra superiorem quoque præstare potest, *per* 59

c. cum Ecclesia. 31. ext. de elect. c. cùm olim. ext. de caus. poss. & prop. VVesenbec. n. 6. in. fin. & Rosbach. n. 27. quia Excusationem meretur officij necessitas, *L. tutorem. 22. ff. de his. quib. indign.*

60 QVÆRITVR † DECIMÒ QVINTÒ: Quomodo Syndicus constituatur? Ad hoc RESPONDETVR PRIMÒ: cuiuscunque universitatis antiquam formam, & receptam consuetudinem, esse attendendam. Plerumque illa servatur, ut ij, qui jus eligendi suffragandíque habent, in locum publicum solitum & consuetum, vel per campanam, vel ministros publicos, convocentur, *arg. L. 2. C. de decurion. t. 10. L. pen. C. de legationibus lib. 10, arg. L. 2. C. de præd. decur. non al.* ab eo, qui jus habet convocandi conci-
61 lium, *Losæus p. 2. c. 1. n. 21.* ut † sint præsentes, & concilio intersint, saltem duæ partes ex tribus ipsorum decurionum, *id. ibid.* ut omnes uno eodémque tempore adsint, cùm enim solennium hæc sit natura, ut dividi nequeant, *L. cōtinuus. 137. in pr. ff. de V. O. L. obligari 9. § f. ff. de auth. tut.* & post intervallum intervenire, vel suppleri non possint, *§.*
62 *tutor. 2, inst, eod.* ideò † omnes uno tem-

pore

pore præsentes esse, & in suffragium ire debent, nec potest hæc suffragatio per ratihabitionem absentium suppleri; potest tamen, si constitutio est illegitima, & non servatis solennitatibus facta, postea per ipsum totam universitatem ratificari, *Losæus de jur. univers. p. 2. c. 1. n. 24.* Pariter se res habet in confirmatione superioris, quę etiam ex intervallo subsequi potest, *VVesenbec. h. n. 7. Rosb. n. 28. & 29.* Denique † ut major pars 63
congregatorum in unum conspiret, per tradita *sup. q. 8.* sive omnes de concilio interfuerint, sive duntaxat duæ partes, *Losæus d. c. 1. n. 21.* ubi dicit hæc requisita esse generalia ad omnes alios actus, qui fiunt ab universitatibus. Specialiter † au- 64
tem ad hunc actum *n. 22.* requirit, ut interveniat decretum decurionum, & tutius esse dicit, ut etiam interveniat superioris auctoritas, quamvis ejus confirmatio non sit absolutè necessaria. Vide Rauchbar. *p. 2. q. 1. n. f.* ubi tenet, quòd constitutio Syndici fieri possit absque decreto.

RESPONDETVR † SECVNDÒ: 65
Quòd Syndicus vel indefinitè ad omnes universitatis causas, vel definitè ad certas

tas constitui possit *Rosbach. n. 33.* quibus finitis officium ejus finitur. Quamvis hic potius actor, quàm Syndicus sit appellandus.

66 RESPONDETUR † TERTIÒ: Quòd Syndicus etiam ad certum tempus, v. g. ad quinquennium, decennium, constitui possit, ita ut tempore finito officium quoque ejus extinguatur, Rosbach. *loc. cit.* Wesenbec. *n. 7.* ubi putat, quamvis per litis contestationem factus fuerit dominus; tamen elapso tempore hoc dominium unâ cum ipso Syndicatu extingui, & ita datum vltra tempus cogi diutius non posse, *Rosbach. n. 48.* De quo Bachovius dubitat, & putat causæ cognitione opus esse, maximè in terminis defensionis, ubi post præstitam de judicato solvendo satisdationem cœpit interesse.

67 QUÆRITUR † DECIMO SEXTÒ: An ergo, & qualem cautionem præstare cogatur Syndicus? Ad hoc Respondet Wesenbec. *n. 7. in fin.* Syndicum regulariter loquendo ad satisdandum cautionémque præstandam non urgeri, sive agat, sive defendat (nisi cum de Syndicatu, & decreto dubitatur, tunc enim

de

de rato cautionem interponere debet, L. 6. §. f. ff. h. T.) Rationem reddit hanc: quia à tutore privato non exigitur cautio, eò quòd sit administrator universalis publicâ authoritate datus, *L. tutores. 13. C. de admin. tut.* Ergo non convenit Syndicum, velut personam publicam, aliquâ satisdatione onerari, præsertim cùm universitas, cujus causas agit, semper præsumatur esse solvendo. *arg. L. si quando. 6. §. 1. ff. ut legat. nom. Rosbach. n. 40.* Si dicas, *d. L. 13.* loqui de cautione, *de rato,* à qua facilior sit excusatio, quàm *à judicato solvendo.* Respondet Bachovius *ad d. n. 7.* nihilominus etiam ab hac excusari, quia cùm non possit conveniri ipsa universitas, Syndicus videtur esse loco principalis, qui non satisdat de judicato solvendo.

QUAERITUR † DECIMÒ SEPTIMÒ: 68
An Syndicus ad agendum opus habeat mandato, sicut *in præced. tit.* diximus, procuratorem indigere? Ad hoc RESP. quòd non, nam quod in procuratore constituendo facit mandatum in singulis causis: id in Syndico operatur decretum, & instrumentum Syndicatûs, quod ab initio confici solet. Nam electo &

con-

constituto Syndico interponendum est decretum à Decurionibus. *Nicolaus Losæus de jure universit. p. 2. c. 1. n. 21.* & instrumentum super ea re conficiendũ est, ut tantò faciliùs Syndicatus probari possit, & sciri, quis eum constituerit, quomodo, & quando, & ad quas causas, *VVesenbec. h. n. 7. Rosbach. n. 30. Losæus. num. 23.*

69 QVÆRITVR † DECIMÒ OCTAVÒ: Quæ sit forma instrumenti, & quæ ejus requisita? Ad hoc RESPOND. instrumentum ea continere debere, quæ supra diximus ad constitutionem Syndici esse necessaria, adeóque modus electionis & constitutionis in eo consignandus, quòd videlicet debito modo, & à majori parte universitatis legitimè fuerit electus, qua in re credẽdum est instrumento, donec contrarium fuerit probatum, *per L. cùm precibus. 18. C. de probat. Gail 2. obs. 71. n. 1. VVesenbec. h. n. 7. Rosbach. n. 30. & seqq.* ubi rectè addunt, non esse nomina omnium constituentium exprimenda (id enim in numerosa civitate fieri non potest) sed sufficere nomen collectivũ, videlicet, quòd universitas, civitas, collegium, capitulum, vel aliquod

quod aliud corpus certam determinationem habens, elegerit, vel etiam nomen collectivo respondens, ut si in instrumento dicatur: omnes cives talis oppidi, omnes canonicos talis Ecclesiæ, constituisse, tunc enim absque speciali expressione omnium subsistit, *Mynſ. cent. 3. obſ. 18. Loſæus n. 23. Rosbach. n. 31.* Qui † licet cum Weſenbec. *n. 4.* & *n. 7.* 70
putet; in duobus casibus omnium nomina consignanda esse, primò in parvis universitatibus, ut pagis, & villis rusticorum, quia tunc difficultas cessat, & facilè id fieri potest, *per L. f. C. de legat. lib. 10. arg. c. 5. ext. de his, quæ fiunt à prælat.* Deinde si Syndicus ad alienandum constituitur, ut constare postea queat, quorum mandato res universitatis alienatæ sint, *arg. c. fin. ext. de procurat. arg. L. fin. C. de præd. Decur. L. 10. Steinhuſ. h. n. 2.* Tamen Bachovius *ad VVeſenbec. n. 4.* nec hoc textus allegatos probare contendit, & tunc tantùm admittit, si agatur de exiguo aliquo numero Decurionum, aut Scabinorum, vide *Loſæum p. 2. c. 1. n. 23.* Illud faciliùs concedi potest, quòd idem Weſenbec. *d. num. 7.* & Rosbach, *n. 32.* tradunt, in aliena-

alienationibus authoritatem superioris adhibendam esse.

71 QVAERITVR † DECIMÒ NONÒ: An causam universitatis nemo agere possit præter Syndicum? Ad hoc RESP. quòd non, per *text. in L. nulli. 3. h. T.* ubi dicitur; quòd nulli permittatur nomine civitatis vel curiæ experiri, nisi ei, cui lex permittit, aut universitas, vel ordo dedit, experiri autem idem est, quod agere, *L. 1. ff. de in jus voc.* defendi autem potest à quocunque, L. 1. *in f. h. T. Rosbach. n. 34. & 35.* dummodo cautionem de judicato solvendo præstet, *VVesenbec. n. 6. & Bachov. in notis.* Ratio habetur *d. L. 1.* quia hoc modo conditio universitatis melior fit; defensionis enim ratio nunquam detrimento est, sæpius autem commodo, *id VVes. ibid.*

72 QVAERITVR † VIGESIMÒ: Quid possit Syndicus vigore sui instrumenti, vel decreti, & quam potestatem habeat? Ad hoc RESPOND. PRIMÒ: Quòd Syndici & actores partibus procuratoris fungantur, *L. 6. §. fin. h. T.* adeóque parem potestatem in causis universitatis, totiúsque collegij habeant, quam procurator in privatis negotijs habet, *VVesenbec.*

VVesenbec. h. n. 8. Rosbah. n. 36. itaque possunt intentare & movere actiones competentes ipsi universitati, *L. procuratores. 30. C. de Decurion. lib. 10.* & omnia alia negotia ipsius reip. expedire, *Nicolaus Losæus in tract. suo de jure universitatum. p. 1. c. 3. n. 108.* omnia enim agit & administrat, quæ universitas agere potest, *VVesenbec. loc. cit.* & in agendo civitatem Syndicus repræsentat, easdémque partes præstat, sustinet, & exequitur, quæ procuratori privatorum incumbunt, tam in judicio, quàm extra judicium, & in judicio fit dominus litis, *id. ibid. Rosbach. n. 36.* & sicut procurator, qui loco privati agit, tenetur etiam eum defendere, ita quoque actor universitatis compellitur eam defendere, *L. 6. §. actor, h. T.* nec bona universitatis ob rem non defensam possideantur, *L. 1. §. quod si. h. T. L. 8. eod.*

RESPONDETVR: SECVNDÒ: Quòd 73 constitutio Syndici semper censeatur cum libera potestate facta, etiamsi hoc non sit expressum in instrumento Syndicatûs, vel constitutionis, *Steinhus. h. n. 4. VVesenbec. n. 8. Rosbach. n. 38. Losæus n. 109. & seq. Gail. 2. obs. 72. n. 11.* idque

ideo; quia Syndici æquiparantur tutoribus, qui habent potestatem cum libera, *id. n. 111.* Ex quo INFERUNT: quòd Syndicus omnia possit, quæ sup. *q. 22.* de procuratore cum libera diximus. Potest † ergo super rebus univer-
74 sitatis dubijs transigere ad utilitatem & damnum universitatis, si modò bona fide fiat, & fraudis iniquæ suspicio absit, L. 12, *C. de transact. Gail. 2. obs 72. n. 11.*
75 *Rosbach. n. 39.* Hac † ipsa de causa putat Losæus *n. 110.* quòd possit Syndicus vendere res universitatis sine mandato, quia dicitur habere liberam administrationem, Confer notata in præced. *tit. de procurat, q. 22. resp. 2. & inf. n. 80.*

76 RESPONDETUR † TERTIÒ: Quòd Syndicus non possit jus reip. & debitum liquidum remittere, nec donare, nec in præjudicium universitatis alicui ambitiosè gratificari, *per L. ambitiosa. 2. ff. de decret. ab ord. fac.* L. 2. *ubi gl. C. de decret. Decurion super imm. lib. 10* L. 12. *C. de transact. Losæus n. 114* Confer. *dict. q. 22. præced. tit. resp. 3. 4.* possunt tamen remittere debitum usurarium, tanquam odiosum, *arg. L. adversus. 5. C. de usur. Losæus num. 117.*

RESPON-

RESPONDETUR † QUARTÒ: Quòd 77
Syndicus omnia expedire possit, quæ mandatum speciale requirunt, uti restitutionem in integrum petere, juramentum deferre, & præstare nomine universitatis. *Rosbach. n. 39. VVesenbec. n. 8.* quia videlicet administratores tales dicuntur habere publicum officium, & speciale mandatum, Losæus *n. 109.* & *n. 111.* tutius tamen esset speciale mandatum in his, quæ illud requirunt, dari, *ijdem ibid.* quibus adde Bachovium *ad VVesenbec. n. 8.* ubi putat, non plus posse Syndicum, quàm tutorem, qui non nisi omnibus probationibus deficientibus deferre potest juramentum. Confer notata *præced. tit. q. 22. resp. 5.*

RESPONDETUR † QUINTÒ: Ex 78
contractibus Syndici & Administratoris civitas vel universitas obligatur; in mutuo tamen non aliter, nisi quòd pecuniæ in utilitatem ejus fuerunt versæ, alioquin illi soli, qui contraxerunt, non civitas tenebitur, *L. civitas. 27. ff. de reb. cred.*

RESPONDETUR † SEXTÒ: Syndicus 79
habens sufficiens mandatum potest obligare universitatem, & singulas perso-

nas, & civium bona in solidum, *Gail. 2. obs. 72. n. 13.* ubi limitat procedere in civitate, seu universitate, habente potestatem legis condendæ, & non recognoscente superiorem alium, quàm Imperatorem, quales sunt in Germania civitates Imperiales, quæ jura Principis habent. *Rosbach. d. tit. 12, n. 41.*

80 RESPONDETVR † SEPTIMÒ: Syndicum operam dare debere, ut non res privatas, aut singulorum, sed tantummodo communem sibi commissam curet, *VVesenbec. n. 8. in f.* quia pro universitate, & republica, non pro singulis intervenit, *L. 2. ff. h. T. Rosbach. loc. cit. n. 36.* Quamvis enim possit esse procurator in causis privatis, non tamen facilè debet, *Confer notata sup. tit. de procu-*
81 *rat. q. 9. resp. 13. n. 96.* An † autem & quando Syndicus possit alienare res universitatis? Vide apud Losæum *p. 3. de jur. univers. c. 5. n. 20. & seqq.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 8. n. 21. & seqq.*

82 QVÆRITVR † VIGESIMÒ PRIMÒ: Utrum factum Syndici prosit vel noceat universitati? Ad hoc RESPOND: sicut utilitas causæ, & commodum: sic eadem

ratione

ratione damnum & incommodum in universitatem derivatur, *VVesenb. h. n. 8. Resbach. n. 37.*

83 RESPONDETVR † SECVNDÒ: Si Syndicus, vel alius administrator, confiteatur solutum universitati, sintque personæ ad recipiendam solutionem constitutæ, tunc talis confessio præjudicat universitati, *Losæus loc. cit. n. 116.* Reliqua petenda sunt ex præced. *tit. q. 29.*

84 QVÆRITVR † VIGESIMÒ SECVNDÒ: Utrum etiam Syndicus nomine universitatis agens exceptione aliqua repelli possit? Ad hoc RESPONDET Wesenbec. *n. 9.* Syndico easdem exceptiones opponi posse, quæ supra procuratori obstare diximus; imò plures. Sumuntur † autem illæ exceptiones, 85
vel à persona constituentium, ut si dicatur collegium quoddam esse illicitum, & non habuisse facultatem cõstituendi, *per tradita sup q. 6.* vel Syndicum ab ijs electum, qui non habuerunt jus suffragiorum, *per tradita q. 8.* vel à persona constituti, ut si dicatur ineptus, vel inhabilis, *arg. L. 1. §. f. h. T.* per notata *sup. q. 11.* vel à forma constitutionis,

quòd videlicet non omnes, quibus jus eligendi competebat, fuerint citati, *per notata q 7.* vel quòd ex citatis duæ partes ex tribus non adfuerint, neque major pars consenserit, vel quòd Syndicus non debito loco, tempore, ordine; sit constitutus, *per tradita sup. q. 15. VVesenbec. d. n.9. Rosbach. n.42.* (ubi notant † non
86 vitiari Syndicatum, vel instrumentum Syndicatûs, si error tantùm sit in verbis, non in re ipsa commissus, puta si pro Syndico sit nominatus actor, vel procurator: quia verba instrumentorum semper ita sunt accipienda, ut actus potius valeat, quàm pereat, & potius improprianda, quàm ut actus rectè gestus annulletur) vel denique ex modis, quibus Syndicatus finitur, & extinguitur, exceptiones sumuntur, de quibus *q. 24.* Plura vide post quæst. ult.

87 QVÆRITVR † VIGESIMÒ TERTIÒ: Quando & quomodo ejusmodi exceptiones contra Syndicum opponendæ? Ad hoc RESPONDET Wesenbec. *n. f.* & Rosbach. *n 44.* exceptiones Syndico eodem modo opponendas, sicuti procuratori, videlicet ante litis contestationem, quia dilatoriæ tantùm sunt,

per

per L. ita demum. 13. C. de procurat ubi D. d. post litem autem contestatam, posteaquam Syndicus dominus litis factus est, opponi amplius non posse, *per c. inter monasterium. 20. ext. de sent. & re judic.*

QUÆRITUR † VIGESIMÒ QUARTÒ: Quibus modis Syndicatus finiatur? Ad hoc RESPOND; ijsdem prope modis, quibus mandatum procuratorium, de quibus præced. tit, *de procur. q 34. & seqq.* quia universitas jure privatorum utitur, *L. eum, qui. 16. ff. de V. O.* Et primò quidem morte Syndici, non etiam constituentium, quia universitas semper vivit, & nunquam moritur, *L. an usufructus 56 ff. de usuf.* quia alij in aliorum locum surrogantur, L. 7. §. *f. h. T.* Secundò finitur exacto & elapso tempore constitutionis, de quo *sup. q. 15. resp. 3.* Tertiò, revocatione, nam ex ijsdem caussis mutandi actoris vel Syndici potestas est, ex quibus etiam procuratoris, L. *item. 6. § f. h. T.* 88

QUÆRITUR † ULTIMÒ: A quo possit revocari Syndicus? Ad hoc RESPOND; sicut in constitutione, ita & in revocatione Syndici totius universitatis, vel majoris partis suffragatione 89

 opus,

opus, quia idem jus servatur in contractu, quod distractu, & unumquodque dissolvitur, sicuti fuit ligatum, *L. nihil. 35. ff. de R. I.* Unde cùm quæritur: an solus Præfectus universitatis Syndicum revocare possit? Respondent Dd. non aliter, quàm si potestas constituendi ad solum Præfectum spectet, *VVesenbec. h. in fin. Rosbach. n. 47.*

90 Quænam aliæ † exceptiones dentur adversus Syndicos civitatum, & alios tales? Vide apud Zangerum *p. 2. de exception. c. 9. n. 119. cum seqq. fol. mihi. 194. vid. sup. quæst. 24.*

Atque hæc de universitatibus & Syndicis satis, qui plura desiderat, videat sæpè laudatum Tractatum Nicolai Losæi *de jure universitatum*, ubi abundè de hac materia agit, de qua iterum redibit sermo *in f. lib. 50. ff. orum.*

TITVLVS. VI.

De negotiorum gestoribus.

SVMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Quid negotium? & quot ejus significationes?* 3. 4. 5.

6. *Gerere*

8. *Gerere quid.* 7. 8.
9. *Differentia inter gestum & factum.*
10. *Negotiorum gestor quis?* 11. *qui administrat citra mandatum.* 12. *negotia alterius.* 13. *absentis & ignorantis.* 14. *unũ vel plura.* 15. *spontè.*
16. *Quotuplicies sint negotiorum gestores?*
17. *An inter voluntarium gestorem, & dominum actio nascatur?* 18. *Ratio dub.* 19. *Responsio affirmativa.* 20. *Ratio.* 21. 22.
23. *Negotiorum gestori actio datur?*
24. *Etiamsi mulieris.*
25. *Pupilli.* 26. *& furiosi.* 27. *defuncti.* 28. *captivi.* 29. *vel filij emancipati.* 30. *vel ignorantis negotia gesta sint.*
31. *Vel dominus non habeat ratum.*
32. *Et ex necessitatis opinione quis gerat.* 33. *vel absolvat.* 34 35. 36. *exempla.*
37. *Quid si commune negotium gesserit?* 38. 39. 40.
41. *Quid si negotium tantum in consequentiam ad aliquem spectet?*
42. *Nihil interest, sive in judicio, sive extra judicium.* 43. *per se, sive per alium.* 44. *ex certa scientia, vel per errorem gerat.*
44. *Nisi gestor sub potestate domini negotij fuerit.* 45. *vel vinculo pietatis & affe-*

ctionis obligatus? (46. nisi ostenderit repetendi animo impendisse, vel protestatus sit aut in rationes retulerit) 47. aut negotium in rei veritate sit alterius.

48. *Quid si sui lucri, non domini causâ gesserit?* 49. 50.

51. *Quid si donandi animo?*

52. *Quid si expensas domino legaverit?*

53. *Quid si ipso invito, & post denunciationem gesserit* 54. *quid si denunciatio dolosè facta?* 54. *exceptiones aliæ,*

55. *Quid si unus tantùm ex pluribus sociis prohibuit?*

56. *Quid si negotia non sint illius, cujus esse credidit?*

57. *Quid si negotia non sint utiliter gesta?*

58. *exempla.*

59. *Quid si alius proprijs sumptibus fuisset gesturus?*

60. *Negotia spectant ad aliquem, vel re ipsa.* (61. *sive scienter, sive per errorem quis gesserit?* 62. *sive contemplatione illius, sive alterius* 63. *qui ratum habuit.* 64. *etiamsi proprio suo nomine gesserit.* 65. *& quid si res ad utrumque certo modo spectet?* 66 *vel cura & solicitudine.*

67. *Idem negotium potest ad plures spectare diverso respectu.* 68.

68. *Contemplatio quando & quomodo necessaria?*
69. *Et probanda? quomodo?*
70. *Vel spectant ad aliquem ratihabitione.* 71. *Exemplum.* 72. *in omni negotiorum genere.* 73. *concurrentibus certis requisitis.* 74. *quid si voluerit approbare, vel improbare.*
75. *Negotium quandoque per obliquum & mediate alterius dicitur.*

Plura Summaria vide infra.

RATIO † ordinis, & continuatio hujus tituli cum superioribus, est ista: in præcedentibus titulis actum fuit de procuratoribus, qui ex mandato dominorum res alienas procurant, & ab ipsis scientibus, & volentibus constituuntur: in hoc verò agitur de procuratoribus voluntarijs, qui se negotijs alienis ultrò offerunt, & qui absentium atque ignorantium negotia gerunt, *ita Cujac. VVesenbec. & Steinhus. h.* & procuratori adeo similis est negotiorum gestor, ut non ineptè dicere possimus, procuratorem esse negotiorum gestorem cum mandato, & negotiorum gestorem esse procuratorem sine mandato, *Iul. Pac. n. 1.* Priusquam autem de istis 1

istis negotiorum gestoribus, sive de re ipsa, & negotijs gestis, agamus, prius verba explicabimus.

2 QVÆRITVR † itaque PRIMÒ: Quid sit negotium, & unde dictum? Ad hoc RESPONDETVR: negotium in jure nostro multis modis accipi. Primò pro cura, seu occupatione, quo sensu negotium dicitur, quidquid nos habet occupatos, & appellationem habet ab *otio*, addita negativa & contraria particula *Nec*, ut ita *negotium* dicatur quasi *Nec otium*, vel sine otio, germanicè **ein Unmueß / oder Unruh**. Significat enim actum alicuius rei, cuius contrarium est otium, *Schardius in Lexico verb. negotium dictum. VVesenbec. h. n. 3.* Deinde † negotium acci-
3 pitur pro contractu, & obligatione, *L. 1. ff. de æstimat.* L. 15. L. 19. L. 22. *ff. de præscript. verb.* L. 3. *ff. de reb. auct. jud.* & propriè significat id, quod inter duos gestum est, *L. si in area. 33. ff. de condict. indeb. VVesenbec. h. n. 3.* hoc sensu dicimus negotium gerere, contrahere, suscipere, *L. pen. ff. quod. jussu. L. 5. §. tutela. ff. de O. & A.* eodem sensu verum est, quòd plura sint negotia, quàm vocabula, *L. natura, 4. ff. de præscript. verb.*

Tertiò:

Tertiò: † negotium accipitur pro a- 4
ctione; vel lite, vel jurgio litis, L. *error facti. 7. C. de jur. & fact. ignor*, L. *sententijs. 3. C. de error. advocat.* hoc sensu negotium facere, idem est, quod molestiam alicui facere, beunruhigen/ aut vexare, in causis judiciarijs, civilibus & criminalibus, privatis & publicis, & negotium facit, qui per calumniam fingit litem, cùm jure nullam habeat, L. 1. *ff. de calumniat.* vel etiam is, qui alterum accusat, L. *qui judicio. 4 ff. de accusat.*

Quartò: † Negotium quandóque 5
accipitur pro negotiatione, sive pro mercatura, & cōmercio, für ein Gewerb/ oder Werbung/ L. 3. & 5. *ff. de instit. act.* L. 19. §. 1. *ff. de judic.* L. 4. §. 2. *ff. de his, qui not. infam.* L. 69. §. *pen. ff. de leg. 1. c. forum. v. negotium de V. S.*

QVÆRITVR † SECVNDÒ: Quid sit 6
gerere? Ad hoc RESPONDET Oldendorp. *class. 4. act. 25. in pr.* verbum *gero* multis modis accipi, Nam gerere grammaticaliter sumptum idem est, quod gestare, unde etiam in jure nostro sæpè mentio fit sellæ gestatoriæ, gestaminis prætorij, quod prætores gererent. Deinde † gerere in jure idem sæpè est, quod 7
asserere:

asserere: hoc sensu dicitur aliquis se *gerere* pro cive; qui jure civitatis utitur; gerere se pro hærede, qui se asserit hæredem, etiamsi non sit, L. *pro hærede. 20. ff. de acquir. hered.* §. *pro hærede. f. inst. de*
8 *hæred qual. & diff.* Tertiò † gerere idem significat, quod administrare, hoc sensu dicitur aliquis gerere bellum, magistratum, gerere negotium, eines andern Geschäfft außrichten / hoc sensu accipienda est illa regula: qui per alium gerit, per se gerere videtur, L. *ita tamen 5.* §. *quòd si quis. ff. de administ & peric tut.* Quam-
9 vis † autem inter gestum & factum videatur quædam esse subtilis differentia (nam *actum* quidem generale verbum est, sive verbis, sive re quid agatur, *gestū* autem rem significat sine verbis, id est, sine promissione, & cōventione factam, L. *labeo. 19. ff. de V. S.*) attamen ΚΑΤΑΧΡΗΣΤΙΚΩΣ, id est, abusivè inter factū & gestum nihil interest, L. *licet. 58. in pr. ff. eod. Wesenbec. h. n. 7.* ubi Bachovius putat, hic accipi generalius, Confer quæ scripsi, *ad* §. *1. n. 18. inst. de oblig. ex qs. contract.*

10 QVÆRITVR † TERTIÒ: Quid sit negotiorum gestor? Ad hoc RESPONDETVR; is, qui

is, qui citra conventionem, commissionem, & mandatum, alterius absentis & ignorantis negotia, unum vel plura, spontè administrat. L. 2. *L. si ego. 24. ff. h. T. VVesenbec. n. 7. h. T.* germanice ein freywilliger Sach Verwalter/ der für sich selbsten eines andern Geschäfft handlet/ verwaltet/ oder außrichtet.

11 Dixi † primò: qui *administrat citra mandatum.* Ratio: quia si quis rogatus domino gratificetur, & mandatum interveniat, tunc non negotiorum gestor, sed procurator dicitur, & nō quasi contractus, sed mandati contractus celebratus censetur, *Schrader. ad tit. de oblig. ex q. contract. n. 9.*

12 Dixi † secundò: negotia *alterius.* Ratio: quia si quis negotia propria gesserit, licet ea aliena esse crediderit, negotiorum quasi contractus non oritur, neque actio aliqua inde nascitur, *L. si pupilli. 6. §. si quis ita. 4. ff. de negot. gest.* vide quæ scripsi *d. §. 1. n. 11.*

13 Dixi † tertiò: *absentis & ignorantis.* Ratio: quia mandare videtur, qui scit, aut præsens patitur, alium sua negotia gerere, *L. qui patitur. 18. ff. mandati. L. 6. §. 2. eod. VVesenbec. h. n. 3.* unde man-

data-

datarius potius, quàm negotiorũ gestor, is, qui gessit, vocabitur.

14 Dixi † quartò: *negotia, unum vel plura*, quamvis enim titulus noster inscriptus sit in plurali *de negotijs gestis*, tamen sic accipiendus est, sive unum, sive plura, *L. 3. §. 2. h. T.* quia pluralitas singularitates suas geminat, & quandóque in uno tantùm verificatur.

15 Dixi † quinto: *Sponte*. Nam qui tutelam gerit, negotia quidem aliena gerit: tamen quia necessitate officij id facit, non negotiorum gestor, sed tutor vocatur, & tutelæ actione tenebitur *L. cùm pater. 28. ff. h. T.*

16 QVÆRITVR † QVARTÒ: Quotuplices sint negotiorum gestores? Ad hoc Respondet Oldendorp. *class. 4. act. 25. q. 4. §. utiliter*: triplicis differentiæ esse negotiorum gestores, videlicet *voluntarios*, qui ultrò absentis res gerunt: *Necessarios*, qui obligatione officij administrant, sicut curatores: Et *quasi necessarios*, qui suspicione vel opinione obligationis inani ad gerendum accedunt, quales sunt liberi homines, bonâ fide servientes, quibus aliquid agendum à domino mandatur, *L. atquin natura. 19. §. si libero. 2. ff.*

2. ff. h. T. item tutores à patre in testamento dati posthumo, qui interim administrant, postea autem non nascitur posthumus, *L. cùm pater. 29. ff. eod.* illi enim, quod agunt, ex necessitate officij se agere putant, cùm pupillo nunquam nato in rei veritate nō sint tutores. Item hi, qui se procuratores falsò opinantur, aut curatores, cùm non sint eorúmque successores. L. 3. §. *et si furiosi. 5. ff. h. T. L. curatorem, 6. C. eod.* Confer *inf. q. 5. ampliat 9.*

17 QVAERITVR † QVINTÒ: Utrum tunc, quando quis spontè alterius negotia gessit, inter gestorem & dominum, obligatio aliqua nascatur? Videri posset, quod non. Ratio: quia † consensus 18 parit obligationem, L. 1. §. *3. ff de pact.* atqui absens & ignorans non consentit. Deinde culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti, *L. culpa. 50. ff. de R. I.* quomodo ergo hoc modo alterum sibi obligaret? Hoc tamen non attento

19 RESPONDETVR: † inter negotiorum gestorem, & dominum negotij ultrò citróque nasci obligationem, & actionem, L. 2. *ff. h. T.* Ratio: quia † obli- 20 gatio nascitur etiam ex naturali æqui-

tate, quotiescunque naturalis æquitas suadet quem obligari, etiamsi non consentiat, *Schneidevvin, §. 1. n. 16. inst. de de auth. tut.* atqui non tantùm æquitas, sed magna utilitas suadet, dominum gestori obligari, ne absentium, qui subitâ festinatione coacti, nulli demandatâ negotiorum suorum administratione peregrè profecti essent, desererentur negotia, quæ sanè nemo curaturus esset, si de eo, quod quid impendisset, nullam habiturus esset actionem, § *igitur. 1. inst.*
21 *de oblig. quæ q. ex contract.* Ratio † similis habetur *in L. 1. ff. h. T.* ubi Ulpian. J.C. ita loquitur; magna utilitas absentium versatur, ne indefensi rerum possessionem, aut venditionem patiantur, vel pignoris distractionem, vel injuriâ rem suam amittant.

22 Ratio † alia: quia dominus non aliter obligatur, nisi negotia eius utiliter fuerint gesta, nemo autem potest alteri objjcere culpam ex eo facto, ex quo utilitatem percipit, imò iniquum esset dominum cum jactura gestoris locupletari, & huic officium suum damnosum esse.

Confer quæ scripsi *ad §. 1. inst. de obligat.*

ligat. quæ ex q. contract. & §. actionum autem. 28. rub. de actione negot. gest. n. 1. & seqq. inst. de actionibus, ubi plures rationes invenies.

23 Sit ergo hoc † loco REGULA: Si quis alterius negotia gesserit, eo nomine obligatio, & actio nascitur, L. 3. *ff. h. T.*

24 AMPLIATUR † autem hæc Regula PRIMO: etiamsi mulier alterius negotium gesserit, vel mulieris negotium geratur, L. 3. §. *1. h. T.* nam & mulieres negotiorum gestorum agere, & conveniri non dubitatur, *per* L. *alienam. 18. C de procurat.* L. *1.* §. *secundo. ff. de postul. VVesenbec. h. n. 3.*

25 AMPLIATUR SECUNDO: Etiamsi pupilli negotia gesta sint, vel pupillus negotium alienum gessit, nam is conveniri potest in id, quod factus est locupletior, agendo autem compensationem ejus, quod gessit, patitur, L. 3. § *pupillus. ff. h. T.* L. 5. §. *si pupilli.* L. *nam & 20*, §. *qui negotia.* L. *Nesennius.* §. *pone. ff eod.* L. *2. C. eod.* Ratio: quia ex re actio est, unde etiam pupillus obligatur, *per* L. *furiosus, 46. ff. de action.*

26 AMPLIATUR † TERTIO: Ut competat actio negotiorum gestorum etiam

Q 2 adver-

adversus furiosum, si ejus, etiam præsentis negotia gesta sint, *L. 3. §. et si furiosi. h. T.* quia furiosus loco absentis habetur, *L. 2. §. furiosus. ff. de jurejur.* idem est in mente capto, infante, *Schraderus ad §. 1. n. 46. de oblig. ex q. contrac.*

27 AMPLIATVR † QVARTÒ: Etiamsi quis post mortem alicuius negotia gessit, v.g. reo jam mortuo susceperit judicium, & condemnatus solverit, *L. 3. §. hæc verba. ff. h. T. L. de qua re. 74. §. cùm absentem. ff. de iudicijs.* Quamvis enim neque testatoris, jam defuncti, neque hæredis, qui nondum adijt, res gesta videatur, *d. §. hæc verba*, nihilominus quia detrimentosum erat inchoata negotia morientium deseri, ideo placuit, eum, qui negotia hæreditaria gerit, quodammodo sibi hæreditatem (quæ defunctum repræsentant) séque ei obligare, ideóque nihil refert, an etiam pupillus hæres existat, quia id æs alienum cum cæteris hæreditarijs oneribus ad eum transit, *L. nam & Servius. 20. §. qui negotia. ff. h. T.* Wesenbec. *h. n. 6. & 7.* ubi dicit, id mirum videri non debere, cùm & in hæredes transeat hæc actio, *L. 3. §. hæc actio. ff. h. T. L. successori. 21. L. si autem. 19. ff. eod.*

AM-

AMPLIATUR † QUINTÒ: Etiamsi quis negotia gesserit ejus, qui apud hostes est. Etsi enim eo tempore, quo gerebatur, dominum non habuerint; tamen post reditum ejus actio datur, &, si apud hostes decessit, successori ejus, & adversus successorem actio datur, *L. & qui. 18. §. f. cum L. seq. ff. h. T. L. successori. 11. ff. h. T.* 28

AMPLIATUR † SEXTÒ: Ut etiam pater, si emancipati filij res à se donatas administraverit, filio actione negotiorum gestorum teneatur, *L. litis. 36. §. f. ff. h. T.* 29

AMPLIATUR † SEPTIMÒ: Ut dominus negotij gesti teneatur, etiamsi ignoraverit negotium suum geri, *§. 1. v. ex qua causa instit. de oblig. ex q. cont. L. 2. in pr. ff. h. T.* 30

AMPLIATUR † OCTAVÒ: Etiamsi dominus gestum non habeat ratum, *L. si is. 50. ibi nec refert. ff. mandati,* quod verum est ex parte gestoris, ut huic nihilominus actio acquiratur. Nã ex parte domini, si is ratam non habet negotiorum gestionem, actioni negotiorum gestorum renunciasse intelligitur, *L. dispensatorem. 62. §. f. & ibi Gothof.* 31

thof. ff de solut. Verùm de hoc redibit sermo infra *q. 5.*

32 AMPLIATUR † Nonò: Etiamsi gestor non spontè, sed necessitate urgente, vel necessitatis opinione gesserit, L. 3. §. *hac actione. ff. h. T.* Exempli causa; si curator inutiliter datus negotium ejus, cui curator datus est, gessit, *L. curatorem. 6. C. h. T.* sic licet hæres tutoris curatorisve in tutela & cura non succedat, *L. furti. 6. §. non tamen. ff. de his, qui not. infam.* neque in officio administratoris, *L. curatoris. 17. C. h. T.* nihilo-

33 minus † inchoata à defuncto negotia perficere cogitur, L. 1. *in pr. ff de fidejussor. tut.* quæ si perficiat, actione negotiorum gestorum tenetur, L. *curatoris. 17. C. h. T.* idem esse volunt, si hæres curatoris, putans negotia adulti ad se pertinere, gesserit, *per d.* L. 17. Confer L. 7. *C. arbit. tut.* & quæ notat Bachovius *ad VVesenbec. h. n. 8.*

34 Similiter † cùm quis putavit, se mandatum accepisse, cùm non acceperit, & eâ opinione alterius negotia gesserit, cessante mandati actione nascitur negotiorum gestorum actio, L. *item. 5. in pr. ff. h. T.*

Sic

Sic † si libero homini, qui mihi bona 35
fide serviebat, mandem, ut aliquid agat, non est cum eo mandati actio, quia non liberâ voluntate exequitur rem sibi mandatam, sed quasi ex necessitate servili, erit igitur negotiorum gestorum actio, L. *& qui natura. 18. §. si litem. ff h. T.*
idem † est, si quis posthumo tutor datus 36
quædam gesserit, posteáque posthumus non sit natus, L. *cum pater. 28. h. T.* vide Myns. *ad §. in bonæ fidei. 28. rub. de negot. gest. act. n. 34. & 38.* ubi dicit, quòd utilis quandóque negotiorum gestorum actio competat ijs, qui aliquâ necessitate urgente gesserunt, si non sit constituta propria actio, *L. item si. 5. §. si quis quasi. ff. h. T.* L. *si liber. 35. eod.*

Ampliatur † Decimo: Etiamsi 37
gestor commune negotium, suum scilicet, & alienum gesserit, L. 5. §. *sed si quis ita. ff h. T.* sic qui sumptus necessarios ac probabiles in communi lite fecit, negotiorum gestorum actionem habet, L. *liberto. 30. §. f. ff. h. T.* Sic is, qui † ob 38
ædes cum altero communes cautionem damni infecti præstitit, si quid exposuit, actione negotiorum gestorum repetere poterit, L. *si communes. 39. ff. h. T.* quia

potuit partem suam ita defendere, ut socij partem defendere non cogeretur,
39 *ibid.* Sic si † unus ex cohæredibus rem veluti communem vendidit, cohæres venditionem ratam faciens negotiorum gestorum actione agere potest, L. *ab uno.*
40 *19. C. h. T.* Hoc † autem restringit Schrader *n. 18.* dummodo impensæ in rem communem pro parte socij, non propter necessitatem communem, sed voluntariè factæ fuerint, aliàs actione *communi dividundo* agēdum esset. *id. n. 17.* Confer, L. *hæredes, 25. §. non tantùm. 16. ibi. & ideò. ff. famil. herc.*

41 AMPLIATUR † UNDECIMÒ: Ut non intersit, sive principaliter, sive in consequentiam negotium ad aliquem spectet, ut cùm nomine tutoris, curatoris, procuratoris, res pupillares, minorisve, vel principalis domini administrantur, ne illi negligentiæ nomine actione tutelæ vel mandati conveniri possint, L *si pupilli 6. in pr.* L. *mandati. 46. h. T. VVesenb. h. n. 5.* id quod infra *quæst. 6. resp 2.* magis explicabitur.

42 AMPLIATUR † DUODECIMÒ: Sive gesserit in judicio, sive extra judicium, *per* L. *solvendo. 39. ff. h. T.* Oldendorp.

dorp. *class. 4. act. 25. q. 4. §. adversus.*

AMPLIATUR † DECIMÒ TERTIÒ: 43
Sive per se, sive per alium gesserit, potest enim substituere aliquem suo periculo, L. *nam & servius.* §. *ult. ff. h. T.* Oldendorp, *loc. cit.* §. *nec refert.*

AMPLIATUR † DECIMÒ QUARTÒ: 44
Etiamsi quis non ex certa scientia, sed ex errore gesserit, v. g. si quis alienum negotium suum putans gesserit, L. *ult. ff. h. T.* vel si quis Titij negotia putans, Caij gesserit, L. *item si. 5. §. 1. & L. quæ utiliter. 45. §. f ff. h. T.* L. *in hoc. 14. §. diversum. ff. commun. divid.* vel si fidejussor imperitiâ lapsus, alterius quoque contractûs debitum, ad quod non tenebatur, solverit, pignoráque à creditore suscepit, L. *fidejussor. 31. ff. h. T.* vel si quis inter Sempronij negotia Titij quoque ignorans, vel sciens gesserit, L. *item si. 5. § sed si quis ita ibi. nam & si cui.* L. *liberto. 30. §. 1. ibi: cui datur. ff. h. T.* L. *si mandatum. 14. C. h. T.* idem est, si tunc cùm quis mandâsset sua negotia gerenda, mandatarius per ignorantiam alterius quoque negotium inter mandatoris negotia gessit, L *item si. 5. §. & si Titij. & §. 1. h. T.*

Q 5 LIMI-

44 LIMITATUR † autem Regula nostra PRIMÒ: Ut ex negotijs gestis nulla obligatio & actio nascatur, si is gessit, qui sub potestate alterius fuit, uti servus, *arg. l. cum. 16. ibi: denique & l. & qui. 18. §. Scævola ibi: cùm primum. ff. h. T.* vel si filius, qui in potestate patris est, ejus negotium gesserit, v.g. pro patre suo debitum solverit, *l. si filius. 12. C. h. T.*

45 LIMITATUR † SECUNDÒ: Nisi is gessit, qui vinculo pietatis & affectionis alteri est obligatus, tunc enim præsumitur pietatis respectu & affectione gessisse, vel impendisse, & actionem hoc nomine non habet, *l. 1. C. h. T.* veluti si quis sororis filiam aluit, *l. ex duobus. 26. §. f. ff. h. T.* vel amicitiâ paternâ ductus, pupillis tutorem petierit, vel suspectos tutores postulaverit, *l. is, qui. 43. ff. h. T.* multò minus, si mater filijs suis tutores seu curatores petierit, vel eos suspectos fecerit, *l. 1. C. h. T.* (quia pietatis officium non permittit sumptuum repetitionem, *ibid.*) adhuc minus, si mater alimenta filijs præstitit, vel avia nepotibus, cùm enim id exigente pietate maternâ fecerit, reddi non justa ratione postulat, *l. alimenta. 11. C. h. T.* L. *Nesennius.*

[Nes]ennius. 33. ff. h. T. Idem eſt, ſi quis paterno affectu privignos ſuos aluit, ſeu mercedes pro ijs aliquas magiſtris erogavit, ejus erogationis nulla repetitio eſt, *L. ſi paterno. 15. C. h. T.* Sic quod maritus in uxorem ægram erogavit, à ſocero repetere non poteſt, ſed affectioni ſuę debet impendere, *L. quod in uxorem. 12. C. h. T.* nec quod libertus officio, vel obſequio liberti functus in patronum, vel liberos ejus erogavit, *L. officio, 5. C. eod.*

SVBLIMITATVR: Niſi † is, in quem pietatis & affectionis præſumptio cadit, oſtenderit, ſe repetendi animo impendiſſe, *d. L. 11. C. h. T. vide Turzanum opin. 89.* vel geſtor proteſtatus ſit, ſe repetendi animo impendiſſe, aut in rationes ſuas retulerit, *L. Neſennius. 33. ff. h. T.* vide Mynſ. *ad §. 1. n. 9. inſt. de oblig. ex q. cont.* ubi conſilium dat, ut ſi conjuncta perſona eiuſmodi negotia gerat, proteſtetur, ſe non donandi animo, ſed utilitatis causâ pro abſente negotia geſturum. 46

SVBLIMITATVR † SECVNDO: Niſi dum quis animo gerendi filij, vel ſororis negotia, aliquid fecit, in veritate tamen alterius ſit negotium, tunc enim ſaltem 47

contra

contra illum actio dabitur, *L. quæ utiliter. 44. §. f. ff h. T.*

48 LIMITATVR † TERTIÒ Regula Nisi gestor sui lucri, non domini causâ, vel contemplatione, negotium gesserit, *L. creditor. 60. §. 1. ff. mandati*, suum enim potiùs, quàm meum negotium gessit, & qui deprædandi causâ accedit suo lucro, non meo commodo studet, *L. item si. 5. §. sed si quis. ff. b. T.* Quam-
49 vis † ergo domino teneatur actione negotiorum gestorum, ipse tamen, si aliquid expendit, non habet actionem (quia improbè ad negotia accessit) nisi in id, in quo dominus locupletior factus est, *d. §.* vide Villalob, *comm. opin. lit. P. n. 184.* Capyt, *decis. 180. n. 3. in fin. cum*
50 *n. seq.* Si tamen † commune negotium, vel suum, vel meum gesserit, licet lucri sui causâ, actio dabitur, *d. L. 5. §. sed si quis ita*, prout vidimus sup. *ampl. 10.*

51 LIMITATVR † QVARTÒ: Nisi gestor donandi animo solverit, vel pro alio quid impenderit, *L. sed videamus. 3. ff. h. T. L. si filius. 12. C. eod.* ergo ad hoc, ut obligatio & actio nascatur, debuit gestor habuisse animum repetendi.

52 LIMITATVR † QVINTÒ: Nisi negotio-

gotiorum gestor legaverit domino, quod pro eo expendit, hoc enim casu donandi animo expensum præsumitur; *L, uxori. 33. §. f. ff. de leg. 3.*

LIMITATVR † SEXTÒ: Nisi domino invito negotium gestum sit, is enim non obligatur, si noluerit, & prohibuerit negotium suum geri, *L. si quis nolente. f. C, h. T.* licet res ejus bene gestæ fuerint, & ex illis dominus locupletior factus sit, *d. L. f.* nam post denuntiationem, quam ei dominus transmiserit, non permittitur ei res ejus attingere, SVBLIMITATVR tamen † *ibid:* PRIMÒ: Nisi dominus, postquam viderit à gestore multas expensas utiliter factas, dolosâ simulatione eum prohibuerit, ut ne anteriores expensas præstet. Nam pro expensis factis post denunciationem, actionem nullam habet, super anterioribus autem bene, si utiliter factæ sunt, *d. L. fin.* 53 54

SVBLIMITATVR † SECVNDÒ: Nisi quis contra prohibitionem quid impenderit in funus alterius, per *L. & si quis. 14. §. idem labeo. 13. ff. de relig. & sumpt. fun.* vel in studium filij illius, *arg. L. Iulianus, §. quod dicitur, ff. ad SC. Maced.* 54

ced. vel nisi hæc expensa fiat pro redimendo aliquem ab hostibus, aut latronibus, vel pro conservanda vita, libertate, aut incolumitate alicuius, vel si hæc expensa sit admodum necessaria, ut puta si pro aliquo tributa solvero, vel publicam utilitatem respiciat, Schraderus *de oblig. quæ ex q. cont. n. 14.*

55 SVBLIMITATVR † TERTIÒ: Nisi uno ex socijs prohibente alter non prohibuit, hoc enim casu nihilominus adversus non prohibentem salva est actio, *L. si autem. 7. §. Iulianus. ff h. T.* ubi Ulp. Rationem reddit: quia iniquum est eum, qui non prohibuit, alieno facto liberari, hoc tamen ita intelligi debet, ut is, qui prohibuit, ex nulla parte, neque per socium, neque per se ipsum damni aliquid sentiat, *d. L. in fin.*

56 LIMITATVR † SEPTIMÒ: Nisi negotia, quæ quis gessit, & ob quorum administrationem quis alterum sibi obligatum putat, non sint illius. Oportet enim, ut negotia, quæ quis gerenda suscipit, aliena sint. Nam si quis ita simpliciter versatus est, ut negotia propria gesserit, eáque aliena esse crediderit, negotiorum gestorum, quasi contractus non

non oritur, *L. si pupilli. 6. §. si quis. 4. ff. h. T.* Quæ autem dicantur negotia alterius, & quot modis? seq. quæst. examinabimus.

57 Limitatur † Octavò: Nisi gestor negotia non utiliter gesserit, vel res gesta domino non expediat. Nam ob sumptus nullâ re urgente, sed voluptatis tantùm causâ factos, actio nulla competit, ut si † frater in prædio com- 58
muni ampla ædificia ædificaverit, *L. ex duobus. 26. ff. h. T.* Sic si quis indebitum pro alio solvit, sibi imputare debet, *L. si quis. 22. ff. h. T.* idem est, si debitum quidem solvit, debitoris autem interfuit, eam pecuniam non solvi, *L. cùm pecuniam. 42. ff. eod.* aut quia dies solutionis nondum venerat, aut quod debitor retentione, vel compensatione uti potuisset adversus creditorem, *Oldendorp. class. 4. act. 25. in pract. n. 1. L. 9. h. T.* quando autem dicatur negotium utiliter gestum, & quando ex negotio etiam inutiliter gesto quis obligetur? inf. *q. 6. & 7.* videbimus.

59 Limitatur † Nonò: Nisi alius proprijs sumptibus negotium erat gesturus, *L. 2. in f. C. h. T.*

Quæ-

QVÆRITVR † SEXTÒ: Quænam dicantur negotia alterius, & quot modis negotia ad alium ſpectent, ad hoc, ut obligatio & actio naſcatur? Ad hoc Reſpondetur, quatuor potiſſimum modis.

60 PRIMÒ *reipſa*, ut quia verè res cujuſquam eſt, (jure dominij, vel quaſi dominij) cujus adminiſtrationem alter ſuſcepit, *L. ſi pupilli. 6. §. quid ergo. h. T. VVeſenbec. h. n. 4. Oldendorp. loc. cit.* v.g. ſi quis id, quod alter debet, ſolverit, vel ſimile quid fecerit, *Schraderus ad §. 1. de oblig. ex q. contract. n. 19.* Sic cùm pecuniam eius nomine ſolveris, qui tibi nihil mandaverat, obligatio & actio naſcitur, cùm ex ſolutione debitor à creditore liberatus ſit, *L. cùm pecuniam.*
61 *42. ff. h. T.* Et hoc † in caſu nihil intereſt, ſive ſcienter geſſerit, ſive per errorem, Sic ſi putavi à te mihi mandatum, tua negotia geſſi, ceſſante mandati actione, naſcitur negotiorum geſtorum actio, L. *item ſi. 5. in pr. ff. h. T.* idem eſt etiam, ſi pro te fidejuſſero, dum puto, à te mihi mandatum eſſe, *ibid.* Sic ſi Titij ſervum putans, qui erat Sempronij, dedero pecuniam, ne occideretur, habebo

bebo negotiorum gestorum actionem adversus Sempronium, L. *si pupilli.* 6. §. *si Titij. h. T.*

62 Nihil † etiam interest, sive quis contemplatione illius, cujus revera negotia sunt, adeóque nomine veri domini, sive contemplatione alterius gesserit, *Oldendorp. d. n. 1. Schraderus n. 20.* Sic si putavi Titij negotia esse, cùm essent Sempronij, eáque gessi, solus Sempronius mihi actione negotiorum gestorum tenetur, L. *item si. 5. in pr. ff. h. T.* Sic cùm Titius pecuniam creditoribus hæreditarijs solvisset, existimans sororem suam hæredem esse Sempronij, cùm filij eius sui hæredes patri sublato testamento essent, actio Titio dabitur, quamvis animo gerendi sororis negotia id fecerit, in veritate tamen filiorum defuncti gessit: quia non est æquum, eum in damno versari, L. *quæ utiliter.* 44. § *f. ff. h. T.*

63 Atque hoc † in casu, quo negotia *revera* alterius sunt, tertij autem contemplatione gesta sunt, nihil interest, etiamsi tertius ille ratum habuerit. Sic cùm te hæredem putarem; insulam hæreditariam fulsero, túque ratum ha-

R bueris;

bueris, adverſus te nulla mihi eſt actio, cùm hoc facto meo alter ſit locupletatus, & alterius *re ipſa* geſtum negotium ſit, nec poſſit, quod alij acquiſitum eſt, ipſo geſtu hoc tuum negotium videri, *L. ſi pupilli. 6. §. quid ergo. ff. h. T.* Ex quo infert Oldendorp. *n. 2.* quòd neque ratihabitione, neque contemplatione gerendi immutetur veritas, quin actio adverſus eum competat, cujus negotium eſt principaliter.

64 Imò † amplius, ſi quis negotium, quod *revera* ad alium ſpectat, proprio ſuo nomine geſſerit, adhuc actionem habebit, *arg.* L. *f. v. ut dari. ff. h. T. Schrad. d. n. 20.* ídque ſaltem ex æquitate, quamvis ſi rigorem juris ſpectare vellemus, fortè nulla actio competeret, *per.* L. *in area. 33. & ibi Gothof. ff. de condict. indeb.* (quia alienum negotium gerere non videtur, qui ſuum gerit, ſibíque conſulere vult, *VVeſenbec. h. n. 8.*) neque mihi placet diſcrimen Schraderi, quod facit in eo, an negotium *revera* ad aliquem ſpectet, ſive *ipſa geſtione*, nam quòd hæc duo idem ſint, *ex L. ſi pupilli. 6. §. quid ergo. h. T.* ſatis manifeſtè patet.

65 Quid ſi † autem res ad utrúmque

certo

certo modo spectet? v. g. si proprietarius absente fructuario ratione fructuū aliquid impendat, vel ædes reficiat? RESPOND: si quasi negotium eius gerens faciat, actionem negot. gest. habebit, *L. si absente. 48. ff. de usuf.* & vicecersâ, si fructuarius ultra, quàm tenetur, necessariò in rem impendit, sumptus à proprietario hac actione repetere potest, L. *eum. 7. C. de usuf. Oldendorp. class. 1. act. 6. q. 5. in fin.*

SECVNDÒ: † Negotium dicitur ad alium spectare *curâ & solicitudine, Schraderus loc. cit. n. 19.* vel per consequentiam, *Oldendorp. loc. cit. n. 2.* puta ratione alicuius officij, quod ei incumbit, & necessitatem administrandi imponit, vel ratione mandati accepti, Hinc si gerantur illa negotia, ad quæ gerenda alius ratione officij sui est obligatus, v. g. quæ tutor, curator, vel procurator, vel similis alius gerere debuisset, tunc is negotiorum gestorum tenebitur, *L si pupilli. 6. in pr. h. T. L. mandasti. 45, ff. eod.* Ratio: cùm enim ex officio ei incumbat necessitas administrationis, ob quam rationem reddere oportet, consequens est, suum videri negotium, Oldendorp. *loc. 66*

 cit.

cit. ubi rectè animadvertit, etiam illos, ad quos directè & re ipsa pertinent negotia, ut pupillus, minor, vel dominus (quatenus locupletiores facti sunt) teneri hac actione negotiorum gestorum, *d. L. 6. in pr.* Ratio; quia sicut ad tutorem spectant *curâ & solicitudine*; ita ad
67 pupillum *re ipsa.* Non † tamen aliter, contra eum, ad quem negotia curâ tantùm, & solicitudine spectant, actio hæc dabitur, v.g. contra tutorem, vel curatorem, nisi illius contemplatione fuerint gesta, *Schraderus d. n. 20.* v.g. ne, propter neglectam administrationem, tutelæ judicio teneatur, *d. L. 6. in pr. Oldendorp. d. n. 2.*

68 Exemplum † aliud habetur *in L. mandasti. 45. ff. h. T.* ubi cùm Sempronius mandâsset Titio, ut sibi fundum emeret, vel pro se fidejuberet, eúmque fundum Cajus emerit, vel fidejusserit, quærebatur, an Cajus contra Titium haberet actionem neg. gest. nec ne? Ad quod Respondit Africanus, si propterea emi, vel fidejussi, ne Titius fortè impeditus eo nomine teneretur (adeóque nomine Titij & contemplatione mandati) tunc mihi negotiorum gestorum actionem

nem contra ipsum dari. Si autem propterea, quòd scirem Sempronium, fundo vel fidejussore indigere, non dari. adeóque multum referre, quâ mente emerit, vel fidejusserit.

69 Quod † autem contemplatione unius vel alterius negotium sit gestum, probari debet per gestorem, Oldendorp. *loc. cit. n. 3.* ubi putat, tribus modis probari posse.

Primò ex eo, quòd sciverit periculum negotij ad absentem pertinere. Deinde ex eo, quòd protestatus sit, se nomine huius vel illius, gerere, *arg. L. Nesennius. 33. §. quæro. v. quid enim. ff. h. T.* Tertiò: si amicitiam unius probaverit, ex qua conijciendum sit, se ejus potius, quàm alterius nomine gessisse, *arg. L. si pupilli. 6. §. sed si ego. v. quod si. ff. h. T. adde Schraderum. n. 21.*

70 Teritò: † Negotium dicitur alterius ratihabitione. Nam si quis negotium aliquod nomine alterius gesserit, ad quem non spectat, veluti si ematur, vel vendatur aliquid illius nomine, vel si à debitore illius aliquid exigatur, tunc si vult, utrumque potest improbare, & ratum habere non cogitur, *Schrad d. n.*

 41. quia

41. quia quod alicui debetur, alius sine voluntate eius non potest exigere, L. *solvendo. 38. ff. h. T.* Si autem eam emptionem, vel exactionem ratam habuerit, gestor actionem adversus eum habebit, L. *si pecuniam 8. C. h. T.* non mandati, sed negotiorum gestorum, *per L. Pomponius. 8. ff. h. T. Vigel. meth. jur. civil. lib. 20. c. 4. q. 8. ex 2.*

71 Exemplum † habetur *in L. 6. §. item quaeritur. ff. h. T.* ubi cùm Titium quasi debitorem tuum extra judicium admonuissem, & is mihi solvisset, cùm debitor tuus non esset, túque postea cognovisses, & ratum habuisses, quaerebatur: an negotiorum gestorum actione me convenire posses? Videri poterat, quòd non; quia eum debitor tuus non fuerit, nullum negotium tuum gestum est. Nihilominus Pedius, & post ipsum Ulpian. J. C. respondit, quòd *ratihabitio* fecerit negotium tuum, quod ab initio tuum non erat, sed tui contemplatione

72 gestum. Haec † autem, quae dicta sunt, declarantur, & ampliantur, ut in omni negotiorum genere, hoc est, sive principaliter, & immediatè, sive per consequentiam & mediatè ad nos pertineant,

habe-

habeat locum ratihabitio, *Oldendorp. loc. cit. u in omni.*

Ad † hoc tamen, ut per ratihabitionem obligatio, & actio nascatur, duo requiruntur. *Primò:* ut contemplatione illius negotium fuerit gestum, *Schrad. n. 20. in fin.* Ratum enim quis habere non potest, quod eius nomine non est gestum. 73

Deinde, ut ipsi ratum habenti per hoc negotium aliquid acquiri possit, *idem Schrad. n. 19.* adeóque non aliter obligatur ratum habens, nisi verè, aut in consequentiam negotium ad ipsum pertineat. Nam si per id alius fuit locupletatus, & alterius re ipsa negotium sit, non potest ipsa suâ ratificatione suum facere, *d. L. 6. § quid ergo. VVesenbec. h. n. 4. in fin.* Confer notata paulò ante *resp. 1. v. atque hoc in casu*

Quid † si autem is, cujus nomine & contemplatione fuerunt gesta negotia, noluerit declarare voluntatem suam, approbando, vel improbando? Ad hoc Respondet Oldendorp. *loc. cit. n. 2. v. sed quid si,* quòd possit gestor (ne perpetuò hæreat, & experiri impediatur) agere adversus dominum, ad ratificandum 74

vel improbandum gestum negotium, *juxta L. Iulianus. §. si quis colludente. ff. de act. empt.* neque audiatur, si quædam placeant, quædam displiceant, *arg. L. Cajus. ff. de usur.* Imò quod utiliter gestum est, id necessariò apud judicem ratum haberi oportere, *L. Pomponius. 8. ff. h. T.* Obiter tamen cum Oldendorpio notandum est, tametsi per ratihabitionem voluntas nostra declaretur; actionem tamen non ex ratihabitione, sed ex negotio gesto nasci.

75 QVARTÒ: † Negotium dicitur alterius mediatè, per obliquum, sive per intermediam personam, *per textum in L. si pupilli. 6. §. sed si ergo. 6. ff. h. T.* ubi cùm negotia filij tui, vel servi gessissem, & quæreretur: an tecum negotiorũ gestorum haberem actionem? Respondent J. Consulti, si contemplatione tui negotia gessi peculiaria, tu mihi tenearis; quòd si amicitiâ filij vel servi, vel eorum contemplatione, adversus patrem vel dominum nõ directam negotiorum gestorum, sed obliquam *de peculio* duntaxat dandam actionem. Idémque esse, si sui juris putavero. Quòd si nihil sit in peculio (quoniam plus patri domi-

nóve

nove debetur) in tantum dandam esse in patrem actionem, in quantum locupletior ex mea administratione factus sit. Sed si hominis liberi, qui tibi bona fide serviebat, negotia gessero, tunc earum rerum causâ, quæ te sequi debent, tecum mihi fore negotiorum gestorum actionem, earum verò, quæ ipsum sequuntur, non tecum, sed cum ipso, sive putaverim tuum esse servum, sive liberum esse sciverim.

SVMMARIA.

76. *Negotium quando dicatur utiliter gestum?*
77. *Utile dicitur, quod tempore contractûs speciem utilitatis habet.*
78. *Sufficit rem bene cœptam esse.*
79. *Quid si malè gestum, & tamen approbatum?*
80. *Quid si patrifamilias ab initio non expediat.* 81. *Quid si nulla utilitas accesserit?*
82. *Quid si aliquis probet negotium ad se non pertinens? & quid si pertinens?* 83.
84. *Dolus in remissione simplici non continetur.*
85. *Neque id, quod gestor apud se retinet.*

 86. *Per*

86. *Per ratihabitionem non impeditur contraria neg. gest. actio.*

87. *Negotiorum gestor præstat levem culpam;* (88. *Non casum*) 91. *exceptiones* 92. *limitatio.*

89. *Quid si negotia penitus neglecta accesserit?*

90. *Quid si alius gesturus fuisset?*

93 *Heredes gestoris de lata culpa tantùm tenentur.* 94. *nisi de proprio gesto conveniantur.* 95. *quid si impleant negotia à defuncto cœpta?*

96. *Vtrum negotiorum gestor teneatur etiã de non gestis?* 97. *distinctio.*

98. *Quid si ad plura accesserit, quasi omnia gesturus?* 99. *quid si dubium sit?* 100. *Quid si necessitatis suspicione accesserit?*

101. *Si aliqua tantùm gerenda suscepit.*

103. *Illa absolvere.* 105. 102. *etiam domino mortuo.* 106. *nisi consummare non poßit.* 107. *aut à sententia non provocavit.* 108. *aut conditio domini fuerit mutata.*

104. *Alia autem gerere non compellitur.* 109. *nisi connexa.* 110. *vel alius gesturus ideo non acceßit.*

111. *Quid si gestor non exegerit debitum?*

112. *Ex*

112. *Ex negotijs gestis nascitur duplex actio.* 113. *directa.* 114. *& utilis.* 115. *quæ etiam competit ijs, qui necessitatis opinione gerunt.* 116. *& alijs.*

117. *Actio extraordinaria.*

118. *Directa datur ad hoc, ut gestor actus sui rationem reddat.* 119. *ut præstet, si quid neglexit.* 120. *ut accepta restituat,* 121. *unà cum usuris.*

122. *Contraria datur ad repetẽdum, quod gestor impẽdit.* 126. *unà cum usuris, & quod ei eo nomine abest, absuturúmque est.* (123. *qua de causa etiam exceptio datur.*)

124. *Ut ab obligatione liberetur.*

125. *Et ei indemnitas præstetur.*

127. *Hæc actio datur in solidum.* 128. *nisi plus impendit, quàm debuit.* 129 *vel pupilli negotia gesta sint.* 130 *vel pater, aut dominus de peculio conveniantur.* (131. *exceptiones.*) 132. *aut gestor sui lucri causâ gessit.* 133. *vel adversus plures agatur?*

134. *Actio negotiorum gestorum cui detur?*

135. *Et contra quem?* 136. *directa.* 137. *contraria.*

138. *Ex uno eodémque gestu possunt nasci plures actiones.*

139.

139. *Ex negotijs gestis quandóque alia actio nascitur.*

140. *Hæc actio confusione extinguitur.*

76 QVÆRITVR † SEPTIMÒ: Quandónam dicatur negotium utiliter gestum, ita ut actio negotiorum gestorum competat? Ad hoc RESPONDETVR: Utilitatem istam non ex opinione gerentis, neque ex opinione gestoris, sed communi hominum judicio, juxta rerum, temporum, & personarum qualitatem expendendam, & bonâ fide metiendam esse, *VVesenbec. h. n. 11. in f.* quia non oportet sequi pravos affectus partium. Nam & gestor delicatus semper assereret, se utiliter gessisse, & cavillosus ac ingratus negotiorum dominus semper diceret, inutile sibi esse, ne cogeretur impensas solvere. Ergo utilitas meritò ex eo colligetur, quòd in communi soleat prodesse in simili negotio, adeò ut non audiatur dominus diversum dicens, nisi probaverit sibi in speciem nocuisse, *Oldendorp. loc. cit. §. sed quomodo.*

77 DECLARATVR † PRIMÒ: Ut utile dicatur, quòd tempore contractûs speciem utilitatis habebat, etiamsi aliquo

casu

casu secus evenerit, & eventus non respondeat. Sive: quòd sufficiat, ut gestor utiliter ceperit, etiamsi effectum non habuerit negotium, *L. successori in f ff. h. T.* text. & exemplum *in L. 10. §. h. T.* ubi Ulpianus, & post eum Julianus Respondit, eum, qui insulam fulsit, vel servum ægrum curavit, habere negotiorum gestorum actionem, si (quoad speciem & communem opinionem) utiliter hoc faceret, licet eventus non sit secutus, vel servus obierit, vel insula exusta sit, *Mynf. ad §. 1. n. 8. inst. de oblig. ex q. contract.* Sufficit ergo † rem bene cœptam esse, etsi non sequatur eventus prosper; sive de negotijs vivorum, sive mortuorum agatur, L. *successori. 11. ff. h. T.* Alia exempla habentur *in L. debitor 12. L. sive. 22. ff. h. T. L. servus. 17. in pr. ibi. nam & si. ff. de in rem verso,* ubi cùm vel res, in quam aliquid impensum fuit, vel pecunia negotio gerendo destinata perijsset, nihilominus judicatum fuit, actionem competere, dummodo sine vitio gestoris acciderit, *d. L. sive. 22.* Nam si dolo, vel culpâ gestoris negotium effectum non habuisset, illi actio non competeret, *d. L. sive.* L. *liberto. 30. §. litem. ff. h. T.* 78

79 DECLARATUR † SECUNDÒ: Ut dominus negotiorum gestorum teneatur, etiamsi malè gestum sit negotium, quod ipse tamen approbavit, uti *quæst. seq.* videbimus.

80 DECLARATUR † & LIMITATUR TERTIÒ; Ut negotiorum gestorum actionem non sit habiturus, qui se putavit utiliter facere, sed patrifamilias (statim in principio) non expediebat, L. *sed an ultrò.* §. *f. h. T.* ubi Ratio redditur; ut enim eventum non spectemus, debet tamen utiliter esse cœptum. Exemplum habetur in *d. L.* §. *sed ut Celsus*, ubi cùm quis insulam fulsisset, quam dominus, quasi impar sumptui, dereliquerit, vel quam sibi necessariam non putavit, J.C. respondit, actionem contra eum non dari. per Rationem; quia non utiliter negotium gessit, qui rem non necessariam, & quæ oneratura est patremfam: aggreditur. *Confer Cujacium lib. 17. obs. 39. in fin.* oneravit enim dominum, cùm unicuique liceat, & damni infecti nomine, rem derelinquere, *d.* §. Ergo si dominus probare velit, rem gestam sibi onerosam esse, vel saltem non necessariam, neque utilem, audiendus est,

per

per tradita Mynsingeri. §. 1. n. 8. inst. de oblig. ex q. cont.

DECLARATVR † & LIMITATVR: QVARTÒ: Ut dominus teneatur ei, qui juxta tenorem præcedentis mandati aliquid gessit, licet nulla utilitas ei accesserit. Exempli causa: aliquis amico mandavit, ut pecuniam acciperet mutuam, cuius literas creditor secutus contraxit, & fidejussor aliquis intervenit. Hoc in casu creditori, & fidejussori in eum actio negotiorum gestorum dabitur, etiamsi pecunia nō sit in rem ipsi⁹ versa, *L liberto. 30 in pr. ff. h. T.* Et hæc de negotijs inutiliter gestis, videamus nunc de malè gestis. 81

QVÆRITVR † OCTAVÒ: Quid juris sit, si dominus gestum probaverit? Ad hoc RESPONDETVR cum distinctione: vel enim negotium ad aliquem spectavit, vel non spectavit. In hoc posteriori casu effectus ratihabitionis est, ut voluntatem nostram declaremus, & negotium, quod alioquin ad nos non pertineret, nostrum faciamus, *Oldēdorp. class. 4. act. 25. in partic. §. effectus,* ut inde proficiscatur adversus gestorem actio, *id. ibid. in fin.* etiamsi negotiorum 82

gestor

gestor hoc nolit, vel ante ratihabitionem pœniteat, Schraderus §. 1. *de oblig. ex q. cont. n. 43. & seq* ubi dicit; quòd hæc ratihabitio retrahatur ad tempus negotij gesti, & perinde habeatur, atq; si is, qui negotium hoc ratum habet, ab initio geri mandâsset. Vide tamen eundem ibidem plenius distinguentem.

83 In altero † casu, si quos probavit negotium ad se pertinens, effectus approbationis & ratihabitionis est, ut videatur quis probare qualitatem gestûs, ita videlicet, ut quamvis malè gestum sit, tamen gestor negotiorum gestorum non teneatur, *L. Pomponius. 8. in pr. ff. h. T.* Ratio: qui reprobare non possum semel probatum: & quemadmodum id, quod utiliter gestum est, necesse est apud Judicem pro rato haberi: ita omne, quod ab ipso probatum est, *d. L. 8. v. sed eo*, adeòque quod quis semel probavit, ratum habere cogitur, etiamsi malè gestum sit, *Gothof. ibid.* Ratio alia: quia in hoc casu videtur dominus actionem remisisse, Nicol, Vigel. *meth jur civil. lib. 20. c. 5. q. 2. ex cap. 6.* ubi dat exemplum, si gestor pecuniam domini mutuam dedit, noménque dominus

proba-

probavit, hoc enim casu, quamvis solvendo nomen esse desierit, periculum domini est, non gestoris.

Hoc † tamen Limitat: nisi gestor dolo malo egerit. *d. L. 8. v. sed superius* 84
Ratio: quia is, qui ratum habet gestum, is non statim probat id, quod dolo malo, vel culpâ latâ gestum est, dolus enim non comprehenditur in remissione simplici, *Gothof. ad d. L. 8. lit. x. per L. 20. §. 1. ff. de liberat. legat.* Vide quæ scripsi *in centuria Quæstionum practicarum decad. 4. q. 43.*

LIMITATUR † SECUNDÒ: Ut 85
tamen non censeatur dominus remisisse id, quod gestor apud se retinet de negotijs ipsius, *per d. L. 8, Oldendorp loc. cit:* in exemplo: si dominus venditionem rei suæ, quamvis viliore pretio factam comprobavit, agere adversus venditorem non potest eo nomine, quòd res viliore pretio vendita sit; si autem venditor pretium acceptum domino non restituat, sed retineat, utique agere hac de causa potest. Vide quæ scripsi *dict. q. 43.* quia hanc retentionem non videtur comprobâsse, *d. L. 8. v. quid fiet.* Vigelius *loc. cit.* dicit; quòd benè pos-

ſit agere ex alia cauſa, quàm quæ comprobata eſt.

86 LIMITATVR † TERTIÒ: Ut per ratihabitionem non impediatur contraria negotiorum geſtorum actio; *Oldendorp. loc. cit.* quare ſi geſtor aliquid in negotium approbatum impenderit, utique per hanc actionem recipiet, quia cùm mandatum non ſit, mandati actio non dabitur, *d. L. 8. in fin.* niſi ergò ſpecialiter id actum ſit, ut neuter adverſus alterum actionem habeat, utique geſtori tribuetur actio, ſumptuum nomine, quos fecit, *L. ſed an ultrò. 9. in pr. h. T.*

Quando autem quis dicatur probare negotium? vide apud Oldendorp, *in practic. loc. cit. §. cæterum.*

87 QVÆRITVR † NONÒ: Ad quid teneatur negotiorum geſtor? Sive quid præſtet in negotijs à ſe geſtis? Ad hoc RESPONDETVR, quòd regulariter præſtet dolum, latam, & levem culpam, *L. tutori. 20. C. h. T. L. ſi negotia. 10. ff. h. T. Schraderus. de oblig. ex q. contract. §. 1. n. 34. Oldendorp. dict. claſſ. 4. act. 25. in pract. n. 3.* Rationem aſſignavi *in inſt.*
88 *d. §. 1. n. 32. & ſeq.* ubi vide. Caſum † autem

autem fortuitum præstare non compellitur, L. *negotium. 22. C. h. T.* Dixi autem *regulariter loquendo.* Nam subinde tenetur de dolo tantùm, & lata culpa: subinde etiam de levissima, subinde de casu quoque fortuito. Itaque

89 LIMITATUR † PRIMÒ: Nisi aliquis ad negotia penitus neglecta, & quæ alius gesturus non fuit, gerenda accesserit (v.g. affectione coactus, ne bona alterius distrahantur, se negotijs ejus obtulerit) & ijs non gestis dominus damnum erat passurus, tunc enim de dolo, & lata culpa gestor tantùm tenetur, L. 3. §. *interdum. ff. h. T. Schrader. d. n 34. Oldendorp. d. n. 3. v. 1.*

90 LIMITATUR † SECUNDÒ: Ut negotiorum gestor etiam ad levissimam culpam obligetur, si alius adfuisset, qui se rei gerendæ obtulisset, & diligentius negotia administraturus fuisset. *gl. ad d. §. interdum. gl. ad §. 1. v exactissimam. inst. de oblig. ex q cont. Gothof. ad L. 1. ff. h. T. Schrad. n. 35.* tunc enim summam diligentiam, etiam majorem, quàm in suis rebus, præstare debet, *Vigel. meth. jur. civil. lib. 20. c. 5 caus. 1.*

91 LIMITATUR † TERTIÒ: Ut

 subin-

ſubinde caſus fortuitus præſtari debeat, veluti ſi ſpeciali pacto in ſe recepit. L, *negotium. 22. C. h. T.* Si novum negotium, & ab uſu abſentis prorſus alienum geſſerit, L. *ſi negotia. 10.* ubi exempla & declarationem vide. Si geſtor non domini contemplatione, ſed ſui lucri cauſa geſſit, & tanquam prædo adminiſtrationem ſuſcepit, *L. fidejuſſor. 31. ff. h. T.* Si culpâ geſtoris caſus evenerit, veluti ſi quis frumentum, aut vinum familiæ paraverit, idque caſu quodam, fortè incẽdio, aut ruina interierit, tunc ſi ruina, vel incendium ejus vitio acciderit, caſus ad ipſum ſpectat, *L. ſive hæreditaria. 21. ff. h. T.* vel ſi geſtor pecuniam acceptam creditoribus domini ſolvere potuiſſet, is eam ſine juſta cauſa repoſuerit, eáque perierit, *L. debitor. 12.* ubi diſtinctionem vide, *ff. h. T.* Item caſus fortuitus tunc venit, cùm geruntur negotia pupilli, qui nullo modo tenetur, niſi locupletior ſit factus, *per L. item, ſi cùm. 5. in pr. v. ſed & pupillum. ff. h. T. Olden. loc. cit. n. 3.* Item ſi negotiorum geſtor in reſtituendis rebus domini admiſerit moram, *per L. cùm res. §. ult. ff. de leg. 1. id. ibid.*

Quod

Quod autem † dictum est gestorem de casu fortuito regulariter non teneri, hoc Schraderus *n. 37. & 39.* intelligit verum, in casu fortuito contingente circa res illius, cuius negotia gesta sunt: Secus si contingat circa res proprias negotiorum gestoris, hic enim ad ipsum spectat, etiamsi evenerit propter negotia gesta, *arg. L. inter causas. §. non omnia. ff mandati.* vide eund. *ibid. n. 38.* id plenius declarantem. 92

QVÆRITVR † DECIMÒ: An & ad quid teneantur hæredes gestoris? Ad hoc RESPONDETVR, quòd mitius conveniantur hæredes, quàm ipsi defuncti fuissent conveniendi. Nam de dolo tantùm, & lata culpa, non etiam de levi tenentur, *L. curatoris. 17. C. h. T.* Bachovius *ad VVesenbec. h. n. 8. v. hæres tutoris.* Oldendorp. *loc. cit. q. 6.* ubi LIMITAT: † nisi de proprio gesto conveniantur. Nam quando hæres de negotio à se ipso gesto convenitur, tunc æquè tenetur, atque defunctus, nempe de dolo, culpa, & quandóque casu. Si autem † implet negotia à defuncto cœpta, tunc distinguunt, utrum sponte hoc fecerit, an verò necessitate 93 94 95

ad actus. In primo casu eodem modo, ut ipse defunctus convenitur. In altero (v.g. cùm curatoris successores inchoata defuncti negotia absolvunt) tantùm de dolo & lata culpa, ita post Bart. Bald. & Alexand. Schraderus *n. 40. arg. L. cùm ostendimus. 4. in pr. ff. de fidejuss. tut.* nisi vel contra defunctum lis contestata fuerit: vel ipse lucrum cum damno pupilli fecerit, aut lucrum, quod ipse pupillo quærere potuit, alij permiserit per L. *1. C. de hæred. tut. ibid.*

96 QUÆRITUR † UNDECIMÒ: Utrum negotiorum gestor teneatur etiam de non gestis? Sive utrum etiam tunc teneatur, si quædam, quæ gerenda erant, omisit, & rem cœptam deseruit? Ad hoc RESPONDETUR omninò. Nam gestor, qui aliena negotia suscepit, ea explicare, & absolvere tenetur, L. *item si 5. §. videamus. ff. h. T. arg. L. in commodato. 17. § scivit autem. ibi. ut accedit. ff. commodati. arg. c. 1. eod*

97 Hac † tamen in re plenius distinguendum videtur; utrum fuerint plura negotia, an verò unum tantùm; si plura, an gestor eo animo accesserit, quasi omnia gesturus, an verò aliqua tantùm.

Nam

Nam in arbitrio amici eſt, utrum ad omnia abſentis negotia, an ad unum tantùm accedere velit, ut eo finito diſcedat, *Oldendorp. loc. cit. in pract. §. illud denique.* In primo caſu conſtituitur.

REGULA TALIS.

SI † negotiorum geſtor eo animo ad aliena negotia acceſſit, quaſi omnia geſturus, omnia gerere, & explicare tenetur: quòd ſi quædam neglexerit, vel ab adminiſtratione ſemel cœpta deſtiterit, & dominus ea ratione damnum perpeſſus fuerit, ipſe geſtor etiam eorum negotiorum nomine, quæ ipſe non inchoavit, condemnatur, *Schrader. loc. cit. n. 22. & 23* Ratio; quia ſi aliquis negotia mea gerit, etiamſi multa negotia ſint, unus tamen contractus eſt, *L. ſed & cum. 15. ff. h. T.* 98

DECLARATUR † autem & LIMITATUR PRIMÒ; Ut ſi dubium ſit, utrum geſtor animo omnia, an verò quædam tantùm gerendi ad negotia aliena acceſſerit, præſumatur ipſum acceſſiſſe tantùm inchoata, non verò alia, *poſt Bartol. Schraderus n. 27.* Cùm enim in rebus dubijs plerúmque ex poſtfacto apparere ſoleat, quo animo aliquid cœ- 99

ptum sit, *L. quædam. ff. de reb. dub.* conjectura verisimilis est, *Oldendorp. d. §.*

100 LIMITATUR † SECUNDO: Ut etiam tunc, si certò constat, quem plura aggredi voluisse, non tamen teneatur de neglectis, si forsan necessitatis suspicione accesserit; tunc enim eo detecto, quòd necessitas nulla adsit, gestor ab administratione quoad non incœpta, neque incœptis connexa, desistere potest, *post Bart. & Alex. Schrader. n. 23.*

101 LIMITATUR † TERTIÒ: Ut tamen gestor domino negotiorum mortuo, administrationem quoad non incœpta relinquere possit, *per text. in L. Nam & servius. 20. §. si vivo, ibi: nova tamen inchoare mihi necesse non est. ff. h. T. Schraderus n. 23.*

REGULA SECUNDA.

102 SI quis † ad aliena negotia accessit eo nomine, quòd illa tantùm, & non alia expedire, vel explicare velit, illa quidem absolvere cogitur: alia autem negotia, extra illa, ad quæ gerenda accessit, gerere non compellitur, *L. tutori. 20. C. h. T.* vel quod idem est, si unum negotium sit finitum, alterum quod non cepit, perficere non tenetur, L.

tutores.

tutores. 38. §. qui se. ibi: non idem. ff. de admin. tut. Vigel. c. 5. caus. 2. Schrader. n. 24.
Ratio † prioris: quia sicuti de mandato 103
dicitur, quòd non suscipere liberum sit, susceptum autem consummandum sit, *§. mandatum. 11. inst. de mandato.* ita quoque de negotijs alienis dici potest.
Ratio † posterioris: quia gestori non 104
incumbit omnium rerum administratio, sed eorum duntaxat, quæ suscipere maluerit; quoniam satis abundè sufficit, si cui vel in paucis amici labore consulatur, *d. L. tutori.* Itaque in ipsius arbitrio est, an eo finito discedere, an verò novâ voluntate aliud quoque aggredi malit, *Oldendorp. d. §. illud.* Ratio alia: quia si quis ab initio ad unum negotium accessit, ut finito eo discederet, etiamsi postea aliud quoque aggredi cœperit, non unus, sed plures erunt contractus, *L. sed & cùm 15. ff. h. T.*

AMPLIATVR † autem primum 105
membrum, ut inchoatum negotium sit perficiendum, etiamsi dominus negotij interim, dum gerit, sit mortuus, *per text. in L. nam & servius. 20. §. si vivo. ff. h. T.* ubi dicitur: Si vivo Titio negotia ejus administrare cœpi, intermittere mor-

tuo eo non debeo, ut accidit, cùm alter ex socijs mortuus est.

106 LIMITATVR † primum membrum PRIMÒ: Nisi cœptum negotium consummare non possit, *L. item si. 5. §. videamus. ibi: quoniam. ff. h. T.*

107 LIMITATVR † SECVNDÒ: Ut lite nomine absentis suscepâ culpam contraxisse non videatur, quòd à sententia contra absentem dicta non provocavit, *L. liberto. 30. §. litem. ff. h. T.* quia lis per sententiam terminatur.

108 LIMITATVR † TERTIÒ: Nisi interim, dum gestor gerit, conditio domini fuerit mutata, *L. Pomponius. 14. ff. h. T.* v. g. si pupilli, negotia cœperit gerere, & inter moras pubes factus sit; vel servi aut filijfam. & interea liber, aut paterfamilias effectus sit, Nam in negotijs gestis initio cuiusque temporis conditio spectanda est, & quasi plura negotia sint, actio formatur, & condemnatio moderatur *d. L.* ubi sublimitatio, quamvis obscurè non nihil, habetur; nisi cùm ab initio quasi ad unum negotium gestor accessisset, postea in eadem voluntate, quamvis domini conditione mutatá perseveraverit, hoc enim

nim casu unus, non plures sunt contractus, *Vigel. meth. jur. civ. lib. 20. c. 4. q. 9.*

LIMITATUR: alterum membrum 109
PRIMÒ: Nisi illa negotia sint negotijs jam cœptis connexa, *Schrader. n. 25.*

LIMITATUR † SECUNDÒ: Nisi 110
alius, hujusmodi negotia gesturus, contemplatione ejus, qui cœperat, non accessit. Hoc enim casu, cùm nocuerit potius aliquid gerendo, hac actione tenetur, *L. 5. §. videamus. h. T. Oldendorp. §. illud. Schrader. n. 25. & 26.* ubi putat, quatuor necessaria esse, ut teneatur: nimirum 1. alium gesturum fuisse. 2. illum diligentem esse. 3, illum ideo aggressum non esse, quod gestor quædam negotia incepit; 4. quòd gestor hoc sciverit.

Utrùm † autem aliena negotia ge- 111
rens eo nomine teneatur, quòd id, quod vel ipse, vel alius ei, cujus negotia geruntur, debet, non exegerit, vide *d. L. 5. §. videamus. cum duab. LL. seqq L. tutori. 20. in fin. C. h. T. L. liberto. 31. §. quanquam. 6. ibi: quia nec ipsa. L. si autem. 8. in pr. L. qui sine. 38. h. T. L. divortio facto. 35. L. & qui natura. 18. L. parvulus. 17.* & quantas usuras debeat is, qui debitum à se ipso non exegit, definitur. *d. L. 38.*

QUÆ.

112 QVÆRITVR † DVODECIMÒ: Quæ & quotuplex actio ex negotijs gestis nascatur? Ad hoc SPONDET Imp. Justinianus *in §. 1. inst. de oblig. ex q. cont.* & Cajus *in L. 2. ff h. T.* quod tunc, cùm quis negotia absentis gesserit, ultrò citróque inter eos nascantur actiones, quæ appellantur *negotiorum gestorum.* Et quòd domino quidem rei gestæ adversus eum, qui gessit, directa competat actio: negotiorum autem gestori contraria. Rationem assignavi *ad d. §. 1. num. 27.* & *seqq.*

113 RESPONDETVR † SECVNDÒ: Quòd alia dicatur directa, alia utilis, *L. actio. 47. ff h T.* (nam actio directa est verbum homonymum, quia in alia significatione opponitur actioni *utili*, in alia actioni *contrariæ.*) Jlla datur ex verbis edicti: hæc ex interpretatione,
114 veluti si quis † non spontè, sed necessitate coactus, vel necessitatis suspicione gessit, L. *curatoris. 17.* L. *tutoris 20. C. h. T.* L. *1.* L *qui quid. C. arbit tut* L. *si liber. 36.* L *cùm pater. 29. ff. h. T.* Schrader. *n. 49. & 50. ad § 1, de oblig. ex q contract.* (Ra-
115 tio autem, † cur ad eos, qui necessariò gerunt, vel opinantur se necessariò ge-

rere,

rere, hoc edictum non pertineat, est ista: quia edictum loquitur de gerentibus *aliena negotia*, sed qui ex officij debito gerunt, hi sua magis curant (administrationem respiciendo) quàm aliena. Ergo neque verba, naque mens prætoris potest directè ad eos referri. Cùm tamen adversus pleró sque tales non esset propria constituta actio, rectè J. Consulti *utiliter* hanc dederunt dominis negotiorum, *Oldendorp. q. 4. §. jam ad eos*) aut † ea gessit, quæ post mortem rebus hæreditarijs accesserunt, L. 3. *§. hac verba. 6. v. sed si quid. Iul. Pac. h. num. 4.* Verum hæc distinctio, & subtilitas hodie supervacua est, quia utráque actio eiusdem potestatis est, eundémque effectum habet, & cùm hodie omnia judicia extraordinaria sint, §. *f. inst. de interd. ct.* & in extraordinarijs judicijs conceptio formularum non observetur, non refert, directâ quis, an utili actione agat, vel conveniatur, L. *actio 47. ff. h. T. vide sup. q. 4.* 116

RESPONDEUR †: TERTIÒ: Quòd actio negotiorum gestorum alia sit ordinaria, quæ oritur ex quasi contractu: alia, ut ita dicam, extraordinaria, quæ 117

varijs

varijs casibus, qui sub quasi contractum vix, ac ne vix quidem referri possunt, accommodatur, ut ex textibus passim sub hoc titulo sparsis apparet, L, 19. §. 2. *ff. h. T. Oldendorp class. 4. act. 25. q. 4. §. utiliter. Bachovius ad VVesenbec. h. n. 8.* ubi addit, si quis extraordinariam istam, & utilem actionem, pro ijsdem habendam putet, se non valde pugnaturum.

118 QVÆRITVR † DECIMO TERTIÒ: Quando, ex quibus causis, & ad quid detur actio directa? Ad hoc RESPONDETVR ex varijs causis. Et quidem

Primò: Si gestor nolit actus sui rationem reddere, ad hoc, ut rationem administrationis suæ reddat, L. 2. §. *& sanè. ff. h. T. §. 1. v. sicut autem. inst. de oblig. ex q. cont. Iul. Pac. h. n. 4.* vide quæ scripsi *ad d. §. 1. n. 30.*

119 Secundo: † Si non debitam diligentiam adhibuit, *de qua sup. q. 8.* vel quædam, quæ gerenda erant, omisit, & rem cœptam deseruit, *per tradita sup. q. 10.* vel id, quod domino debet, à seipso non exegit, & solvit, L *item si. 5. §. f. cum L. L. seq. ff. h. T. L. qui sine. 38. ff. eod.* nam qui negotia alterius administranda suscipit, id præstare debet in sua persona,

persona, quod in aliorum, L. *si negotia. 31. ff. mandati*, vide tamen limitationes apud Vigelium *lib. 20. c. 5. caus. 4.* vel si nomina minus idonea contraxit, *L. litis. 36. ff. h. T.* & similibus alijs in casibus, ad hoc, ut eo nomine condemnetur, quod vel non gessit, vel non ut oportuit, gessit, L. 2. §. *& sanè. ff. h. T.* sive ut præstet, si quid negligentia ejus admissum est. Nisi cùm gestor de damno accepto convenitur, etiã lucratus sit domino: Nam si in quibusdam lucrum factum fuerit, in quibusdam damnum, dominus compensare lucrum cum damno debebit, *L. si negotia. 10. in f. ff. h T.*

Tertiò: † Si quid alterius nomine ac- 120
cepit, v.g. pecuniam, vel aliam rem ad me perferendam, L. *item si. 5. §. si quis pecuniam. h. T.* vel si ex negotio gesto gestor quid percepit, & nõ restituit, *d.* L. 2. §. *& sanè. ff. h. T.* L. *si pecuniam. 8. C. eod.* L. *fidejussor. 31. in fin. ff. h. T.* v. g. si rem alienam vendiderit, & dominò pretium non restituerit, L. *f. ff. h. T.* L. *ab uno. 19. C. eod.* L. *mater. 3. in f. C. de rei vendic.* L. 1. *in fin. C. de reb. al. non alien.* in his enim & similibus casibus actio domino ad hoc contra gestorem datur: ut restituat,

tuat, quod ex his negotijs retinet, *L. 2. §. & sanè. ff h. T.* vide quæ scripsi *ad d. §. 1. n. 30. inst. de oblig. ex q. contr. & ad §. 28. rubrica. actio negot. gest. num. 11. 12. & 13.*

321 Non † autem ad sortem tantùm, sive ad id solùm datur hæc actio, ut gestor restituat, quidquid ei ex gestu quocunque modo est acquisitum, sed etiam ad usuras ex pecunia aliena perceptas (v.g. eius pecuniæ, quæ demptis necessarijs sumptibus superest, L. *& qui natura. 19. §. non tantùm, L. liberto. 31. §. quid aliena. L. litis. 37. ff. h. T.* L. *in bonæ fidei. 13. C. de usur.* L. *tutori. 20. ibi. & ea, quæ. C. h. T. Oldendorp. q. 7. VVesenbec. h. n. 10.*) item ad fructus ex re aliena, quam negotium alterius gerens fortè petijt, perceptos, L. *si autem. 8. §. item si fundum ff. h. T.*

322 Qværitvr † Decimò Qvartò: Ex quibus causis, & ad quid detur actio negotiorum gestorum contraria? Ad hoc Respondetvr, etiam ex varijs causis.

Primò ad hoc, ut repetat gestor id, quod in negotium alienum, necessariò vel utiliter impendit, & ut præstetur, quidquid ei eo nomine abest, vel absu-

turum

turum est, L. 2. §. *& sanè. ff. h. T.* v. g. si quis pro alio sumptus honestè fecit, ut honores consequeretur, L. *qua utiliter. 44. in pr. h. T.* si pro alio pecuniam, L. *cùm pecuniam. 42. ff. h. T.* L. *f. h. T.* vel debitum eius solvit, L. *si filius. 12. C. h. T.* solvendo enim quisque pro alio, licet ignorante & invito, liberat eum, L. *solvendo. 38. ff. h. T.* vel ejus pignus hoc modo liberavit, *L. sive. 3. C h. T.* si servum alterius ægrotum curavit, & eo nomine sumptus fecit, L. *si servum. 10. C. h. T.* si procuratori absentis mutuam pecuniam dedit, vel pro eo fidejussit, L. *liberto. 30. in pr. ff. h. T.* L. *item si 5. §. item si procuratori ff. eod.* vel si alterius factum præstitit, L. *ex facto. 29. ff. h. T.*
Quamvis † enim in his, & similibus casibus, actione directâ conventus compensationis, & exceptionis beneficio, sumptus consequi possit, L. 3. §. *pupillus. ff. h. T.* L. *si tutelæ. 3. ff. de act. tut.* tamen si contra eum actum non est, vel ratio compensationis habita non est à judice, contrario judicio sumptus repeti possunt, L. *si autem. 7. §. si quocunque. ff. h. T. VVesenbecius. h. n. 11.* 123

Secundò; † si gestor se obligavit pro 124

T domino

domino actio ei ad hoc datur, ut ab obligatione liberetur, L. 2. *in pr. ff. h. T.* quia id ei abesse videtur, in quo obligatus est, L. *si quis, 27. ff. h. T.*

125 Tertiò † generaliter ad hoc, ut præstetur ei indemnitas rerum gestarum, *Oldendorp. q. 7.* iniquum enim esset, ipsi suum officium damnosum esse, *VVesenb.*
126 *h. n. 11.* Non solùm autem pecuniam, quam quis exposuit, repetere potest, sed etiam usuras, si dominus post admonitionem moram commisit, hoc enim bona fides suadet, *L. ob negotium. 18. C. h. T. L. & in contraria, 37. ff. de usur.* adeóque non tantùm usuras, quas gestor fortè solvit, vel præstit: sed etiam quas ex pecunia, quam in aliena negotia impendit, percipere potuisset, repetere potest, L. *& qui natura. 18. §. non tantùm. ff. h. T.* nisi fortè gestor pecuniam otiosam habuerit, quemadmodum & dominus habere solitus est, L. *qui semisses. 13. § f. ff de usuris.* Quantæ autem usuræ præstandæ sint, definitur *in L. qui sine 37. ff. eod.*

127 QVÆRITVR † DECIMÒ QVINTÒ: Utrum hæc actio detur in solidum? sive an dominus negotij gesti omne id, quod gestor

gestor utiliter impendit, quódque ei propter negotium gestum abest, restituere teneatur? Ad hoc RESPONDETVR, quòd regulariter detur in solidum, per text. in L. 2. v. quicquid. ff. h. T. Hoc autem

128 LIMITATVR † PRIMÒ: Nisi aliena negotia gerens plus, quàm oportet, impenderit, tunc enim id solùm recuperabit, quod impendere debuit, L. si quis. 24 ff. h T.

129 LIMITATVR † SECVNDÒ: Nisi pupilli negotia gesta sint, hic enim non tenetur ultra id, in quo locupletior factus est, L. item si. 5. §. si pupilli. ff. h. T. L. 28. C. eod L. litis. 36. ff. eod. nisi interim, dum negotium geritur, pupillus pubes sit factus, L. Pomponius. 14. ff. h. T. hic enim, quasi plura negotia gesta sint, actio formatur, & condemnatio moderatur. Similiter si quis hæreditatis negotium gesserit, tum quamvis pupillus postea hæres extiterit, in solidum obligatur, arg. L. nam & Servius, 20. §. qui negotia, v. ideóque. ff. h. T. Confer notata sup. q. 4. ampliat. 2.

130 LIMITATVR † TERTIÒ: Nisi pater vel dominus, qui filio vel servo

peculium concessit, postea nomine filij vel servi conveniatur, hoc enim casu, non nisi de peculio tenetur, *L. item si. 5. §. sed si ego. ff. h. T. L servi. 41. ff eod.* nisi
113 † gestor non filij vel servi, sed patris vel domini contemplatione gessit, tum enim in solidum tenetur, *d. §. sed si ego.* idem est, si servum in noxali causâ defendit, tunc enim negotiorum gestorum in solidum cum eo, non de peculio aget, *L. qui servum. 40. ff. h. T.* idem si pater vel dominus ex administratione locupletior sit factus, tunc enim, & si nihil sit in peculio, in eam danda est actio, in quantum locupletior est factus. *d. §. sed si ego. in f.* Quod si quis filio mandavit, ut fundum emeret, & postea pater propterea emerit, ne filius mandati judicio teneatur, hoc in casu pater non nisi de peculio tenetur, *L. mandasti. 45. § si verò propterea. ff. h. T.*

132 LIMITATUR † QUARTÒ: Nisi negotiorum gestor sui lucri non domini causâ negotia gessit, tunc enim non in solidum, sive in id, quod ei abest (quia improbè ad negotia accessit) sed in id tantùm, in quo dominus locupletior factus est, habet actionem, *L. item si. 5.*

§. sed

§. *sed si quis negotia. ff. h. T.* Confer sup. *q. 4. limit. 3.* quando autem dicatur deprædandi causâ accessisse? vide apud *Oldendorp. loc. cit. in fin.*

LIMITATVR † QVINTÒ: Nisi adversus plures agatur, tunc enim quilibet non nisi pro sua parte tenetur, nec si unus solvendo non sit, alterius periculum est, L. *cùm alicui. 25. ff. h. T.* nisi publica sint negotia, *Oldendorp. q. 4.* §. *adversus plures.* 133

QVÆRITVR † DECIMÒ SEXTÒ: Cui detur actio negotiorum gestorum? & adversus quos? Ad hoc RESPONDETVR PRIMÒ: quòd directa detur ei, cuius negotia gesta sunt, & generaliter cuilibet, cujus interest hoc judicio experiri, L. *actio. 46. ff. h. T. Oldendorp. q. 4. in pr.* Contraria verò ei, qui negotia absentis utiliter gessit, *id. ibid.* §. *contraria.* 134

RESPONDETVR † SECVNDÒ: Quòd actio directa detur contra gestorem, *arg.* L. 3. *in pr. ff. h. T. Oldendorp, q. 4.* §. *adversus.* vel eo mortuo contra ejus hæredem, L. *ait prætor. 3.* §. *hæc actio. ff. h. T.* L. *curatorem. 6.* L. *si ab eo. 7.* L. *curatoris. 17. C. eod.* vel adversus patrem, aut dominum, 135

minum, si filiusfam. vel servus gessit, saltem de peculio, vel in rem verso, L. *si filiusfam.13.ff.h.T.* quod si autem filiusf. sui juris, aut servus liber effectus, in cœpto negotio perseveraverit, in eo casu insecuti temporis, post emãcipationem vel manumissionem, pater vel dominus filii vel servi factum non præstat, L. *Pomponius. 14. ff. h. T.* quia perinde habetur, ac si plura negotia gesta essent, *d.* L.

136 Datur † hæc actio etiam adversus mandantem, si enim gestor alterius mandato negotium gesserit, tunc uterque, tam is, qui gessit, quàm qui mandavit, & imprudenter eum elegit, domino negotij gesti tenetur, L. *nam & Servius 20 §. fin. h. T.* L. *si quis. 27 ff. eod.* & si plures gesserunt, adversus singulos, L. 25. *h T* per tradita *præced. quæst limit. ult.*

137 RESPONDETUR † TERTIÒ: Quòd actio contraria detur adversus eum, cujus negotia gesta sunt, vel eo defuncto adversus hæredem ejus, L. *ait prætor. 3. §. hæc actio. ff. de neg. gest. L. si autem. 19. cum L. seq § qui negotia. ff eod.* vel adversus patrem, aut dominum si filiusfam. vel servi negotium gestum sit, *L. item si, 5. §. sed si ego h. T.* (nisi

quoad

quoad id, quod gestum est, postquam filius vel servus sui juris factus est, de eo enim pater vel dominus non tenetur, *L. Pomponius. 14. ff. h T.*) vel adversus possessorem, si negotia ejus sint gesta, qui bona fide ab alio possidetur, *L. 5. §. sed & si hominus.*

QVÆRITVR † DECIMÒ SEPTIMÒ: 138
an non ex uno eodémque gestu possint nasci plures actiones? Ad hoc RESPONDETVR affirmativè. Nam si cùm proposuissem Titij negotia gerere, tu mihi mandaveris, ut geram, utraque actio competit, inter me & te *mandati*, inter Titium & me *negotiorum gestorum.* Sic si negotia gesturus accepero fidejussorem, qui mihi de indemnitate promisit, adversus utrumque mihi actio competit: adversus dominum quidem *negotiorum* hæc actio: adversus fidejussorem verò *certi condictio*, si certum promiserit; vel *ex stipulatu*, si incertum contineat promissio, *L. ait prætor. 3. §. f. ff. h T.* Oldendorp. *in affin. remed. n. 1. & q. 4. §. unde solet.* ubi addit: quòd etiam fidejussor adversus eum, pro qno fidejussit, (deficiente mandato) hac negotiorum gestorum actione uti possit. Sic si man-

datum solius mariti secutus, tam ipsius, quàm uxoris eius negotia gessi: inter maritum, & me *mandati* actio: inter uxorem verò, & me *negotiorum gestorum*, *L. si mandatum. 14. C. h. T. Oldendorp. loc. cit.*

139 QVÆRITVR † DECIMÒ OCTAVÒ: An non quandóque ex negotijs gestis alia actio nascatur præter actionem negotiorum gestorum? Ad hoc RESPONDETVR omninò. Nam si mandatum præcesserit, etiam *mandati* actio competit, *L si mandatum. 14 L. si negotium. 16. C. h. T. L. si remunerandi. 6 §. 1. ff. mandati.* hoc tamen varias distinctiones recipit, ut videre est apud Vigelium *lib. 20 meth. jur. civ. c. 4. q. 8.* si funeris causâ quis sumptus fecit, *actio funeraria* competit, *L. quòd in uxorem. 13. C. h. T.* si cõmune sibi cum alio negotium gessit, tunc *familiæ herciscundæ*, vel *communi dividundo* actio est, *L. sive 3 C. h T.* Si tutor pupilli negotia gesserit, *tutelæ actio est*, *§. si tutores. inst. de oblig. ex q. cont. L. cùm pater. 28. ff. h. T.* Si quis quasi tutor negotia pupilli gesserit, *pro tutela actione* tenetur. *L. in pr. ff. de eo, qui pro tut.* Sic si quis posthumo tutor datus, gesserit negotia hæredita-

reditaria, antequam posthumus nascatur, postea nato posthumo non negotiorum gestorum, sed tutelæ actio datur. *L. pater. 28. ff. h. T.*

Porro qualis† sit hæc actio negotiorum gestorum? id declaravi *in inst. §. 28. Rub. actio negotiorum gestorum, tit. de actionibus*, ubi videatur, idque Caronidis loco NOTETVR: hanc actionem, & obligationem confusione extingui, si dominus negotiorum gestori hæres extiterit; si verò pro parte tantùm, tunc pro reliqua parte nihilominus actionem superesse, *L. si ab eo. 7. C. h. T.*

TITVLVS. VII.

De Calumniatoribus.

SVMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Quid calumnia latè & impropriè? 3. propriè in civilibus. 4, & in criminalibus:*
5. *Vnde dicta?*
6. *Calumniatores qui?*
7. *Pœna calumniatorum imponitur accipienti pecuniam.* 10. *vel aliud.* 8. *sive negotium fecerit, sive non. 9. sive ut actionem instituat, sive ut intermittat.*

11. sive ab adversario, sive ab alio. 12. sive ipse, sive alius ejus nomine. 13. sive ante, sive post lit. cont. 14. etiam pacto. 15. in pecuniarijs, & criminalibus causis. 16. etiam extrajudicialibus. 17. idem si procurator accepit. 18. vel aliquis dedit. aut promisit.

19. *Cessat si transigendi animo accepit.*

20. *Vel ille, cui reverentia debetur.*

21. *Vel gratis quis remiserit actionem.*

22. *Vel ex justa causa fuerit aliquid acceptum.*

23. *Cui hæc actio detur?* 24. 25. 26. 27. 28.

29. *An heredi?* 32. *vel contra heredem?*

30. *Contra quem ergo?* 31.

33. *Quando & quamdiu?*

34. *In quantum detur?*

35. *An infamet?*

36. *Præter istam actionem contra calumniatores.* 37. *etiam condictio ob turpem causam* (38. *an sese mutuò consumant?* 39. 40.) 41. *& condictio ex constitutione Antonini.* 42 *olim actio calumniæ* 43 *officium judicis.* 44. *accusatio ex lege repetundarum datur* 45. *olim pœna talionis.* 46. *arbitraria in extraordinarijs.* 47. *plura alia remedia.*

48. *An*

48. *An calumniator in eodem judicio condemnari poßit, an verò opus sit novo processu?*
49. *Quando quis excusetur à pœna calumniæ, & expensis?*
50. *Pœna calumniatorum.*

RAtio † ordinis, & continuatio hujus tituli cum superioribus, est ista: in toto hoc libro actum est de ijs, qui pro alijs postulant, videlicet de Advocatis, Præcuratoribus, Defensoribus, Syndicis, & eorum occasione etiam de negotiorum gestoribus: sed quia postulantium alij bonâ fide, & verè postulant, alij ex nequitia calumniosè, *Freigius ad tit. de postulando, v. postulantium. & in pr. h. T.* ideo nunc de calumniatoribus, & eorum pœna agitur, ut hujus metu malitiosi homines à falsis postulationibus, fabricandísque injurijs deterreãtur, *VVesenbec. h. n. 1.* Et quia de his calumniatoribus satis copiosè egi in institutionibus *tit. de action.* §. *25. rub. actio calumniæ sive de calumniatoribus*, ideo hoc loco tantò brevius me expediam. 1

QVÆRITVR † itaque PRIMÒ: Quid sit calumnia, & quot modis accipiatur, & unde dicatur? Ad hoc RESPON- 2

SPONDETUR hanc vocem apud latinos, & nostros J. Consultos varias significationes habere. Nam calumnia aliquando accipitur generalissimè pro omni malitia quomodolibet admissa, *in pr. proœm inst.* aliquando pro calliditate, ut apud Tullium L. *2. de repub.* aliquando pro callida, & malitiosa juris interpretatione, *apud eund. lib. 1. de off.* Subinde pro malitiosa & mendaci infamatione, *L. 1. §. 1. ad SC. Turpil.* Propriè
3 † autem trahitur ad res judicarias, & accipitur in civilibus pro injustè instituta actione, vel objecta exceptione, cùm quis ex certa scientia, dolo, injustè agit, vel excipit, *L. 1. § per calumniam. ff. si mul. vent. nom. in possess.* quo sensu jubentur partes litigantes jurare *de calumnia*, videlicet, quòd non calumniandi animo litem aut intendant, aut excipiant, *L. 2. in pr. & t. t. C. de jurejur. propter calumn.*
4 In criminalibus † calumnia accipitur pro calumniosa accusatione, *L. sancimus. C. de pœnis L. 2. C. de censib. & censitis lib. 11.* & ejus tres species tractat Marcellus *in* L. 1. *in pr. ff. ad SC. Turpit.* aut enim, inquit, calumniantur, aut prævaricantur, aut tergiversantur. *Calumnia-*

lumniari eſt falſa crimina intendere. *Prævaricari* vera crimina abſcondere. *Tergiverſari* in univerſum ab accuſatione deſiſtere, *Steinhuſ. h. n. 4. Oldendorp. claſſ. 1. act. 10.*

5 Calumnia † autem ab antiquo verbo *calvocalvis* dicitur, quod eſt, decipio, fruſtror, & paſſivè calvitor, id eſt. fruſtror. L. *ſi calvitur, 233. ff. de V. S.* nam & hæc vox *fruſtror* activè & paſſive quoque accipitur, *id. ibid. § calumnia. Steinhuſ. h. n. 3.* inde etiam cavillatio dicta eſt, L. 233. Sed quia hic in judicijs civilibus verſamur, ideo

6 QVÆRITVR † SECVNDÒ: Quis hoc loco dicatur calumniari, & quis calumniator: Ad hoc RESPONDETVR: quòd calumniatores dicti ſint, qui per fraudem, & fruſtrationem alios vexant litibus, *d.* L. *ſi calvitur, 233. ff. de V. S.* ſive, qui per mendacium & calumniam nequiter agunt, vel excipiunt, ad negotium alicui malitiosè faciendum, *VVeſenbec. h. n. 3.* vel qui ſcientes prudentéſque per fraudem negotium, litem, aut controverſiam faciunt alteri, ut vexent eum, vel ut ei aliquid extorqueãt, *Cuiac. h.* ubi iniquos, & malitioſos calumniatores

tores vocat eos, qui vel nullam actionem habere deprehenduntur, vel qui desistunt ab inepto, vel qui arguuntur accepisse pecuniam, aut depecti esse, ut per calumniam raperent aliquem in jus, eius vexandi tantùm causâ, quod postremum hoc titulo præcipuè vindicatur, & *calumniator* strictissimè is dicitur, qui pecuniam, ut alicui negotium faceret, vel non faceret, accepit, L. *pen. ff. h. T. VVesenbec. h. n. 3. Cuiac. in f Pac. num. 2.*

7 QVAERITVR † TERTIÒ: Quæ sit pœna calumniatorum? Ad hoc Respondet Vlpianus *in* L. I. *in pr. ff. h. T.* quòd in eum, qui ut calumniæ causâ negotium faceret, vel non faceret: intra annum *in quadruplum* eius pecuniæ, quam accepisse dicetur, post annum *simpli.* in factum actio detur.

8 Idque AMPLIATVR † PRIMÒ: Ut hâc pœnâ is, qui pecuniam accepit, teneatur, sive negotium deinde fecerit, sive non fecerit, *L. 3. §. 1. h. T.* & sive causa, ob quam accepit, secuta sit, sive non.

9 AMPLIATVR † SECVNDÒ: Sive pecuniam acceperit, ut aliquem in judicio

dicio vexet, vel ut prætermittat vexationem destinatam, *L. pen. h. T.* nam in utróque casu, ne tantam improbitatem ferat impunè, tenebitur hac actione pœnali in quadruplum, *Oldendorp. in argum. loc. cit.* Subinde namque reus se mavult aliquo dato à calumnijs & vexa redimere, quam malitiosâ lite divexari. *VVesenbec. h. n 3.*

AMPLIATVR † TERTIÒ: Ut non interfit, sive pecuniam quis acceperit, aut aliud pro pecunia qualecunque compendium, *L. 1. § f. h. T. L. 3. in pr. vod.* v. g. si ob negotium faciendum, vel non faciendum, pecunia alicui gratis utenda data sit, vel res minoris locata, vel vendita, vel quis propterea aliquâ obligatione liberatus sit, *L. 2. ff h. T.* nam & tunc videtur accepisse *ibid.* 10

AMPLIATVR † QVARTÒ: Ut non referat, an ab adversario, sive ab alio quocunque, *L. 3. in pr. h. T.* & an † calumniator ipse pecuniam acceperit, an verò alij jusserit dari, vel acceptum suo nomine ratum habuerit, *L. 2. in f. h. T.* 11 12

AMPLIATVR † QVINTÒ: Ut procedat, sive ante, sive post judicium susce- 13

susceptum, id est, post litem contestatam acceperit, L. 1. *v. qui accepit. h. T.*

14 AMPLIATVR † SEXTÒ: Ut teneatur etiam is, qui depectus, hoc est, turpiter pactus, vel stipulatus est, cùm alioquin nihil pecuniarum acceperit, *L. 2. §. hoc edicto. ff. h. T.*

15 AMPLIATVR † SEPTIMÒ: Ut hoc judicium non solùm in pecuniarijs causis, sed etiam in criminalibus locum habeat, *L. 1. in pr. h. T.*

16 AMPLIATVR † OCTAVÒ: Ut quamvis edictum prætoris tantùm de judiciarijs fraudibus accipiatur; tamen porrectum fuerit etiam ad calumniam extra judicium admissam, v.g. si publicanus mancipia retinet, ut indebita pecunia ei solveretur, *L. si. quis. 7. §. f. h. T.* adeo leges in publicis officijs calumniā abhorrent, *Oldendorp. q. 3. §. item adversus.*

17 AMPLIATVR † NONÒ: Ut non intersit, utrum actor vel reus conventus; an verò procurator turpiter acceperit, quandoquidem omnium nequitia par est, *Oldendorp. q. 3. §. adversus.*

18 AMPLIATVR † DECIMÒ: Ut hac pœna etiam teneatur is, & actio detur

tur contra eum, qui turpiter dedit, aut promiſit pecuniam, *Oldendorp. d. q. 3. §. item adverſus eum.* Quamvis enim prætor in ſuo edicto nominatim de hoc non dixerit, ſatis tamen exiſtimavit, ab omnibus intelligi. Magis enim delinquit, qui pecuniam dat, quam qui accipit, cùm malefactorem inſtruat, & malefacti eius ſeſe reum declaret, *adde Steinbuſium h. n. 6.*

LIMITATUR † autem PRIMÒ: Ut hæc pœna & judicium ceſſet, ſi adverſarius non per calumniam, ſed tranſigendi animo pecuniam acceperit, neque enim tranſactionibus licitis eſt interdictum, ſed ſordidis concuſſionibus, *L. 1. §. pen. h. T.* 19

LIMITATUR † SECUNDÒ: Niſi parens, patronus, eiúſve liberi, vel parentes, pecuniam ob negotium faciendum, vel non faciendum acceperint, hi enim actione calumniæ non tenentur, *L. parens. 5. ff. de obſequijs à liberis, & libert. præſt.* quia his naturali ratione debetur reverentia, *Oldendorp. q. 3. §. adverſus parentes*, ubi declarat, poſſe tamen conveniri *actione in factum verbis temperatis* & civiliter conceptis, ſi fortè ad- 20

miserint calumniam in liberos, & libertos, *arg. L. quoties. 21. ff. de præscript. verb L. non debet. ff. de dolo malo.*

21 LIMITATVR † TERTIÒ: Nisi gratis quis remiserit actionem, *L. mariti. 29. §. plectitur. ff. ad L. Iul. de adult.*

22 LIMITATVR † QVARTÒ: Nisi ex aliqua justa causa pecunia fuerit accepta, non enim est interdictum accipere pecuniam, sed vexatio emi aut vendi non debet, *Oldendorp. in defens. rei n. 1.*

23 QVÆRITVR † QARTÒ: Cui hæc actio detur, & cui pœna applicetur? Ad hoc Respondet Vlpianus *in L. 3. ff. h. T.* quòd ei detur actio, & repetitio, propter quem datum est, ut ei calumnia fiat. Adeóque hæc actio ei competit, cui calumnia inferenda, vel illata fuit, sive ipse propterea, ne sibi calumnia fieret, dederit sive alius, *Oldendorp. q. 3.* Ex

24 quo † infert idem Ulpian. *d. L. 3. v. illud.* si alius dedit, ut alij negotium fieret, hoc in casu non danti, sed ei, cujus gratia datum est, actionem competere, v. g. si tibi pecuniam dedi, ut vexes Titium, hæc actio non mihi, sed Titio competit,

25 *Iul. Pac. h. circ. f.* E contrario, † si alius dedit, ne alij negotium fieret, hoc in casu

casu ei, cujus gratiâ datum est, actio competit, interdum etiam ei, qui dedit, *L. si quis. 7. in pr. & §. & si alius. ff. h. T.* Nam si quis misertus innocentis Sempronij dedit pecuniam pro eo, ne vexaretur, hoc in casu, si Sempronius scivit, quid alter ageret, & vel rogavit dari pro se pecuniam, aut ratum habuit, cùm alter negotium ejus gerere vellet, aut si procurator ejus generalis dedit, soli Sempronio actio hæc datur, quia ipse dedisse intelligitur. Si † autem citra mandatum Sempronij, fortè nescientis, neque ratum habentis, dederit, tunc & ipse *per condictionem* repetere, & Sempronius, cuius nomine dedit, per *actionem calumniæ* in quagruplum agere potest, *vide Steinhus. h. n. 7.* 26
Si quis † à te pecuniam acceperit, ut mihi negotium faceret; & à me, ne mihi faceret, mihi duobus judicijs tenebitur, & ego duas actiones habeo adversus eundem. Unam in quadruplum eius, quod tu dedisti, alteram ad repetendum id, quod ego dedi, *L. & generaliter. 3. in f. ff. h. T.* 27

Si ut † filiofamiliâs negotium fieret; aliquid datum sit, hoc casu etiam patri competit actio, *L. 7. ff. h. T.* 28

29 Hæredi † hæc actio non competit, quia pœnalis est, & ad vindictam competit, & aliquatenus similis est actioni injuriarum, *Bachov. ad VVesenbec. n. 8. de in jus vocando*, sufficere ei ergo debet. quòd pecuniam à defuncto datam repetere possit, *L. 4. ff. h. T.* per condictionem videlicet ob turpem causam, *Pac. h. circ. f. VVesenbec. h. n. 4.* ubi declarat & ampliat.

30 QUÆRITUR † QUINTÒ: Contra quem hęc actio detur? Ad hoc RESPONDET Wesenbec. *loc. cit.* contra eum, qui calumniæ faciendæ aut non faciendæ causâ accepit, & *Oldendorp. q.3.* & contra eum, qui ad hoc locat operam suam, pro pecunia, aut alio quovis lucro, ut aliquem molestet, & damno afficiat, intendendo litem injustam, civilem vel criminalem, proprio vel alieno nomine, privatim vel publicè, *arg. L. 1. in pr. &*
31 *§. 1. h. T.* Si † filiusfam. accepit pecuniam, ut faceret negotium, vel non faceret, in ipsum, non in patrem judicium dabitur, *L. 7. § item si filiusfam. ff. h. T.*

32 Jn hæredem † non competit (quia ex delicto pœnalis est) nisi in id, quod ad eum pervenit. Nam constitutum est

turpia

turpia lucra ab hæredibus quoque extorqueri, licet crimina morte extinguantur, *L. in hæredem. 5. ff. h. T.*

33 QVÆRITVR † SEXTÒ: Quando, & quamdiu competat hæc actio? Ad hoc RESPONDETVR: quòd intra annum in quadruplum ejus, quod accepit, post annum in simplum competat, *L. 1. ff. h. T.* annus autem in persona ejus, qui dedit pecuniam, ne secum ageretur, ex eo tempore cedit, & incipit, ex quo dedit, si modò potestas ei fuerit experiundi. In illius verò persona, cum quo, ut agatur, aliquis pecuniam dedit, non ex die datæ pecuniæ annus incipit, sed ex quo cognovit, datam esse, quia qui nescit, is videtur experiundi potestatem non habere, *L. annus. 6. ff. h. T.* adeóque ex eo die annus cumputatur, quo resciverit is, cui calumnia structa fuerit, *Oldendorp. q. 7.*

34 QVÆRITVR † SEPTIMÒ: In quantum detur hæc actio: ad hoc Responsum peti potest ex præced. quæst. aliàs in simplum, aliàs in quadruplum. An autem quadruplo insit simplum? Dd. disputant, Oldendorp, *q. 5. & 6.* verius esse putat, simplum inesse, eò quòd con-

trarium non sit lege expressum, adeóque hanc actionem mixtam esse, quia & rei, hoc est, pecuniæ turpiter acceptæ, & pœnæ, id est, tripli persecutionem con-
35 tinet, sicut actio vi bonorum raptorum, *Bachovius ad VVesenbec.h. n. 1.* Idem † Oldendorp. *ibid. q 8*, putat, hanc actionem infamare, ídque exinde colligit, quia adversus personas nobis honorandas non competit, ut supra dictum est.

36 QVÆRITVR † ULTIMÒ: Utrum & quænam alia remedia præter hanc actionem adversus calumniatorē competāt? Ad hoc RESPONDETVR: omninò alia quoque competere, tam civilia, quàm criminalia, & meritò pernitiosum calumniæ crimen civiliter, & cri-
37 minaliter puniri, Nam in † primis præter hanc actionem *condictio ob turpem causam* competit, si sola turpitudo accipientis versetur, veluti si dedi calumniaturo pecuniam, ne mihi aut alij, cui condolebam, negotium faceret. Quòd si utriusque turpitudo & dantis, & accipientis versetur, melior causa erit possidentis, *L. 5. §. sed etiam ff. h. T.* veluti si actori pecunia data fuerit, ut tertio cuidam negotium faceret, Si tamen

men † condictum fuerit, quod datum est, tollitur, & consumitur hæc actio calumniæ, & ne quidem in triplum competit, sicuti contra actio ex hoc edicto adimit condictionem, *d. L. 5. Oldendorp. in affin. remed. n. 1. & 2.* Ratio: nam cùm utrique insit rei persecutio, bona fides non patitur bis idem exigi, *L. bona fides. 57. ff. h. T. VVesenbec. h. n. 5.* Verùm † hæc ratio Bachovio non placet, quia diversa sunt res & pœna. Ergo non apparet, quomodo per actionem rei persecutoriam, actio pœnalis, etiam quoad triplum, quod pœna est, consumatur: & quare non similiter per condictionem furti, aut bonorum raptorum actio in totum consumatur. Itaque ipse fatetur esse exceptionem à regulâ. Steinhus. † *h. n. 9.* dicit, cùm utraque actio persecutionem pecuniæ contineat, alteram ab altera consumi, quod secus est, ubi duæ pœnales concurrunt. Nam in illis una expertus, alterâ agit in id, quod amplius est, *L. 1. arb. furt. cæs.* Ubi autem condictio competit, ibi post annum non est necesse dare calumniæ, vel in factum actionem, *d. L. 5. in fin.*

38 39 40

41 Deinde † constitutio Antonini Imp. prohibuit judici, vel adversario (id est, ut glossa explicat, & Steinhus. *h. num. 6.* putat, procuratori, aut advocato adversæ partis) in publicis, vel privatis, vel fiscalibus causis pecuniam dare, & ex hac causa litem perire jussit, *L. 1. §. sed & constitutio. ff. h. T. L. 1. C. de pœn. jud. qui malè judic.* non quidem ipso jure, aut ipso facto (quod idem dictum est) sed per sententiam judicis, *arg. L. eius. qui delatorem. ff. de jure fisci. Oldendorp. loc. cit. n. 3.* si videlicet *condictio ex lege, vel constitutione* instituatur.

42 Tertiò: de † jure veteri alia actio calumniæ introducta erat (adversus omnes in judicio, etiam pecuniâ non acceptâ calumniantes) quâ in partem decimam litis perfidi actores mulctabantur, quæ in desuetudinem jam tempore Justiniani abijt, *§. 1, inst. de pœn. tem. litig.*

43 Quartò † putat Oldendorpius ante sententiam definitivam officium judicis mercenarium, hoc est, deserviens institutæ actioni, rectè implorari posse, ad puniendam calumniam in judicio admissam. Postquam autem judicatum fuerit in causa, cessare officium judicis,

& con-

& confugiendum esse ad supra dictas persecutiones, *Arg. L. 1. C. h. T.*

Præter † hæc civilia remedia & judicia propter magnam calumniæ perniciem legislatores etiam criminales accusationes adversus calumniatores introduxerunt. Nam quintò: *lege repetundarum* tenetur, qui ob negotium faciendum, vel non faciēdum per calumniam pecuniam accepit, L. 1. §. *1.* ℣. *maximè. ff. h. T.* L. *lex Iulia. 7.* §. *ult. ff. ad* L. *Iul. repet.* 44

In veteri † testamento usitata & recepta erat pœna talionis, *Deut. 19. v. 18. & seqq.* quæ in publicis judicijs etiam jure Romano frequentabatur, ita ut calumniantes ad vindictam posceret, supplicij similitudo, *text. in* L. *fin.* ℣. *sed quisquis. C. de accusat.* id est, ut quòd periculum calumniator dolosè reo creabat, id quasi per talionem in caput ipsius reverteretur, L. *fin. C. de calumniatorib. VVesenbec. h. n. 5. idem. n. 5, ff. de transact. id. n. 12. ff. de accusat.* ne impunita sit licentia mentiendi, *d. v. sed quisquis,* & ut ipsi luant, quod alijs calumniosè moliti sunt, *VVesenbec. n. 4. ff. ad S. C. Turpil. Nec enim* lex *justior ulla,* 45

quàm necis artifices arte perire sua, teste Ovidio. Unde solenniter etiam contra calumniatores procedebatur, *per L. non prius. 7. C. de calumniator.* Verùm hæc pœna talionis hodie non amplius frequentatur, *Oldendorp. in affin. remed. n. 10. in fin. Farinac. de accusat. lib. 1. tit. 2. q. 16. per tot.*

46 In privatis † & extraordinarijs criminibus calumniator extra ordinem, pro arbitrio judicis, & qualitate delicti punitur, L. 1. *§. 3.* L. *si quis repetere. 7. §. si stellionatum.* L. *& in privatis. 3. ff. ad S.C. Turpil.* Oldendorp. *loc. cit. §. in. privatis.* Wesenbec. *h. n. 4. ff. ad S.C. Turpil. id. n. f. h. in fin.* ubi dicit, id hodie tralatitium esse, postquam veteribus accusationum solennibus antiquatis extra ordinem de criminibus cognosci per constitutiones cœpit, *per L. ordo. 8. ff. de pub. jud.* L. 7. §. *ult. ff. ad* L. *Iul. rep.* Planè cùm ex quibusvis delictis, etiam privatis, criminaliter & extra ordinem agi possit, etiam ex hoc non dubitandum est, reum ita conveniri posse, *Bachovius in not. ad Wesenbec. n. f.*

47 Plura † alia remedia contra calumniatores cumulat Wesenbec. *h. n. 5.* & Oldendorp.

dendorp. *in affinib. n. 7. 8. 9. & 10.* ubi videri possunt. Nam singula ferè casibus proprijs sunt applicanda, & ad hunc titulum non possunt accomodari, *Bachovius loc. cit.*

An autem † calumniator possit in eodem judicio condemnari, an verò opus sit novo processu, & quid ante condemnationem observari debeat, vide apud Jul. Clar. *§. fin q. 62. n. 9.* 48

Quando † quis excusetur à pœna calumniæ & expensis? vide apud Farinacium *q. 16. per tot.* Menoch. *de arbitrar. jud. cas. 321.* 49

Quæ † sit pœna calumniatorum? vide apud Farinacium *loc. cit. num 1. & seqq.* Menoch. *cas. 322. per tot.* Jul. Clar. *d. q. 62. n. 4. v. & ita vidi. & quæst. 81. v. sed quæro. 3 cum seqq.* ubi multa alia utilia, quo ad hanc materiam tractant. 50

TITVLVS VIII.

De his, qui notantur infamia.

SVMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Quid sit fama,* 3. *quotupliciter accipiatur?*

4. *Quotu-*

4. *Quotuplex fama?* 5. *quid existimatio?* 6. *quid infamia?*

7. *Infamia alia facti.* 8. *alia juris.*

9. *Infamia gradus habet.*

10. *Quot modis irrogetur infamia facti?*

11. *Infamia juris lege & sententia judicis irrogatur.* 12. *non ex compromisso.* 13. *an ex genere pœnæ.*

14. *Quandonam ipso jure?* 15. *quando per sententiam?* 16. *an interlocutoriam, vel definitivam?*

17. *Quomodo ex famoso genere pœnæ?*

18. *An absque sententia?* 19. *an absque causa turpi?*

20. *Edicto prætoris infamia notantur milites ignominiæ causâ dimissi?*

21. *Missio honesta.* 22. *causaria.* 23. *ignominiosa.* 24. *quasi talis.*

25. *Item qui in scenam prodeunt.* 26. *lenones.* 27. *calumniæ & prævaricationis judicati* (28. 29. 30. 31.) *famoso judicio damnati.* 32. *furti.* 33. *injuriarum.* 34 *vi bonorum raptorum.* 35. *doli* (36. *aliud in condictione furtiva.* 37. *actione quod metus causa.*)

38. *Vt infamis in prædictis casibus fiat, sententia requiritur.* 39. *casus.*

40. *Quid si condemnatus appellaverit?* 41.

42. *Quid*

42. *Quid si alieno nomine condemnatus sit?*
43. *Pactus in famosis judicijs infamis efficitur. 44. si suo nomine. 46 non precibus. 45. non gratis, sed pretio dato. (47. ratio diversitatis) paciscatur. 48. nisi probabilem causam exprimat. 49. vel jussu judicis paciscatur. 50. vel ante litem contestatam. 53. vel hæres.*
51. *Cur confessus ante litem contestatam fiat infamis, & non pactus?*
52. *Solutio argumenti.*
53. *Quid si hæres paciscatur? 55. quid si jurejur. delato jurarit?*
54. *Quid in actionibus famosis ex contractu descendentibus? 56. cur condemnatus infamis fiat?*
57. *Non omnes actiones, in quibus de dolo quæritur, infamant. 58. nec etiam omnes occasione delicti ortæ. 59. quid in eo, qui mandatum tacitè suscepit?*
60. *Quid si non suo nomine? 61. Quid si contrarijs non directis actionibus? 62. quid in actione pro socio? 63. quid in paciscente?*
64. *Vidua intra annum luctûs nubens olim infamis fiebat. (65. ratio.) 66. sicut & vir, qui eam 76 sciens duxit, 67. & pater qui eam elocavit, 68. idem si nuptiæ alio*

modo

modo sint dissolutæ 69. vel mors, quæ lugeri non ole, supervenit.

70. Aliud in sponsa. 71. marito & sponso. 72. liberis & parentibus. 73. muliere quæ peperit. 74. vel se tantum desponsavit. 75. aut permissu Principis nupsit. 77. aut jussu ejus, in cujus potestate est, lugentem duxerit.

78. Quid si toto anno nunquam sciverit maritum mortuum?

79. Quid de jure canonico?

80 Binas nuptias eodem tempore habens infamis fit.

81. Eadémque causa sponsaliorum. 82. & si uni nupta alteri sponsa sit 83. idem in mare 84. etiamsi cum ea quam ducere non licet, contraxerit. 85. idem in patre jubente. 86. secus si alieno nomine. 87. vel jussu patris.

88. Mulier ventris nomine per calumniam in possessionem missa infamis fit. 89. idem in patre eius procurante. 90. nisi falsa existimatione sint decepti. 91. Limitatio.

92. Ex edicto prætoris alij ipso jure, alij subsecutâ sententiâ infames fiunt.

1 Dictúm † est supra, infames postulare non posse, ideo in hoc titulo de causis, ob quas irrogatur infamias

famias, & de personis, quæ notantur infamiâ, plenius compilatores juris agere voluerunt, *Cuiac. Pac. VVesenbec. & Steinhus. h. in pr.* Et quia Wesenbec. sub hoc titulo clarus est, ideo pauca ei addemus, vel mutabimus. Ut autem intelligatur, quid sit infamia.

QVÆRITVR † PRIMÒ: Quid sit fama. ad hoc RESPONDEVR, fama, in genere loquẽdo aliud nihil est, quàm opinio quædam hominum, & quod homines censent, sive de re, sive de persona, in bonam vel malam partem, *Bachovius ad VVesenbecium. h, n. 1.* Brevius ipse Wesenbecius, fama, inquit, est opinio, quæ de cuiusque moribus habetur. Sed quia † ista opinio aliquando in mente retinetur, aliquãdo in vulgus spargitur, ideo fama etiam dupliciter accipitur, primùm prout est hominis in seipso: secũdò prout est de homine apud alios, & ut alijs aperitur, *post Baldum VVesenb. h. n. 1.* Et in posteriori significatu plerumque, & frequentius, quàm in priori accipitur. 2 3

QVÆRITVR † SECVNDÒ: Quotuplex sit fama? Ad hoc RESPONDETVR, sicuti opinio, quam de alio conci- 4

cipi-

cipimus, & apud alios ſpargimus, alia bona eſt, alia mala: ita fama alia bona eſt, quæ *exiſtimatio* dicitur; alia mala,
5 quæ *infamia* appellatur. Exiſtimatio † eſt illæſæ dignitatis ſtatus, legibus, ac moribus comprobatus, *lege pen. §. exiſti-*
6 *matio, de extraordinar. cognit.* Infamia † è contrario eſt dignitatis ſtatus, legibus & moribus improbatus; vel privatio bonæ famæ, *Oddus de reſtitutione in integrum p. 2. q. 92. art. 4. n. 31.* Nam quando aliqua labes & macula exiſtimationi inuritur, infamia contrahitur. Ut ita infamia aliud nihil ſit, quàm exiſtimationis læſio, *L ſi furti. 8. C. h. T.* vel labes, imminutio, nota, privatio, & detrimentum famæ, vel, uno verbo, ignominia. *VVeſenbec. h. n. 1. Steinhuſ. n. 2. & 3.* Et infames integræ dignitatis hominibus opponuntur, L. 3. *C. de re milit. Iul. Pac. h. num. 2.*

7 QVAERITVR † T[illegible]RTIÒ: Quotuplex ſit infamia? Ad hoc RESPONDETVR duplex, alia facti, alia juris. *Facti* infamia vocatur illa, quæ non jure, ſed opinione tantùm hominum infamem facit, L. 2. *ff. de obſeq. à lib. & libert. præſt.* imò non propriè infamem facit, ſed pudorem

dorem duntaxat, apud bonos & honestos viros onerat, & gravat, *L ob hæc. 20. ff. h. T. L. ea quæ. 13. L. verbum. 17. L interlocutio. 19. C. eod. Iul. Pac. h. n. 3. VVesenb. n. 2. Steinhus. n. 6.* quæ incurritur re & facto ipso, & propterea imprimitur mentibus hominum, ad perpetuum illius vituperium, qui facinus perpetravit, *Oddus loc. cit. n. 32.* Infamia † *Iuris* 8
dicitur, qua lex vel sententia ob turpe aliquod commissum irrogat, *idem VVesenbec. h. n. 2.* sive quæ causam habet in iure, *Bachov. n. 1.* ut ita infamis dicatur, quem lex, vel sententia ex aliqua turpi causâ notavit ut ignominiosum.

QVÆRITVR † QVARTO: Utrum 9
infamia habeat aliquos gradus? Ad hoc RESPONDETVR, quod sic. Nam fama aliquando gravius, aliquando levius notatur, unde non tantùm facti infamiam unam aliâ volunt esse graviorem, aut leviorem, prout est gravis aut levis causa, ex qua ortum habet: sed & iuris infamiam aliam alia pro diversitate causæ graviorem censeri ex pluribus iuris locis, videlicet ex *L. ob carmen. 21. ff. de testib. L. is cui. 18. §. 1. ff. de testam.* præsertim verò ex titulo præcedenti, &

edicto Prætoris intelligi potest, quod famosos partim in secundo, partim in tertio ordine locavit, *VVesenbec. h n. 2. & ibi Bachovius, & ex L. 5. §. 1 ff. de extraordinar. cognit.* ubi dicitur, fama ex delicto aliquando minui, aliquando consumi.

10 QVÆRITVR † QVINTÒ: Quot modis irrogetur infamia facti? Ad hoc RESPONDETVR varijs modis, videlicet, si quis à Judice citra sententiam graviter increpatus, & admonitus fuerit, ut ad melioris vitæ frugem se reformet, *L. interlocutio. 19. C. ex quib. caus. infam. irrog. L. verbum 17. C eod* v. g si Judex ita dixerit: *callido commento videris accusatori instigator fuisse. L. ob hac. 20. ff h. T.* Similiter, si quæ pater testamento suo filios increpans scripsit, infames quidem jure filios non faciunt, sed apud bonos & graves viros opinionem eius, qui patri displicuit, onerant, *L. ea quæ, 13. C. h. T.* Sic, si quis actione, quod metus causâ condictione furtiva, interdicto unde v condemnatus fuerit, quamvis cesset infamia juris, *L. cessat. 36. ff. de O. & A. L neque 13. de vi. & vi arm.* per Rationes inf. *q. 8.* enarrandas, *Steinhus. h. n. f.* ul

addi

ddit: quòd si infamis de jure restitua-
ır famæ, adhuc tamen infamiâ facti la-
oret; juxta illud Plauti

Hominum immortalis est infamia
iam tum vivit, cùm eam esse credis mortuã.

n cedens bonis infamis fiat infamia
cti? Vide in Patrocinio meo debito-
rum, *decad. 2. q. 2 n. 87. & 88. q. 6. n. 101.*
7. n. 7. & seqq. n. 58. q. 10. n. 41.

QVAERITVR † SEXTÒ: Quot 11
odis irrogetur infamia juris? Ad hoc
RESPONDETVR duobus potissimum,
videlicet, ipso jure aut lege, vel per sen-
tentiam Judicis, L. *quid ergo 13. §. ex com-
misso. ff. h. T.* cùm videlicet vel lex,
vel sententia factum damnat, *Bachovius
ad VVesenbec. n. 3. idem n. 6. Steinhus. n. 4.*
Et quia sub commune genus juris perti-
nt lex, plebiscitum, S. Consultum, &
edictum, ideo infamia irrogatur aut
edicto, L. 1. *& 2. ff. h. T.* aut lege, S. Con-
sulto, plebiscito, L. 1, §. *ait prætor. 8. ff.
de postul. arg. L. si quis major. 41. C. de
transact.* Deinde, quia decretum Prin-
cipis est sententia, *Bachovius. d. n. 3.* ideo
etiam decreto Principis infamia irrogari
dicitur, *VVesenbec. n. 3.* Ex † compromis- 12
so autem arbiter infamem non facit,

L, quid ergo, 13. §. ex compromisso. 5. ff. h. T. ubi Ulpian. rationem reddit: quia sententia arbitri non per omnia sententia est, sive vim & effectum sententiæ non per omnia habet, *Gothof. ibidem* per rationem: quia arbitrari non est munus publicum, judicare autem munus publicum est, L. *quippe. 78. ff. de judicijs.* Rationem aliam *VVesenbec. n. 3.* assignat: quia compromissum privata tantùm conventio est, & de famoso delicto ad arbitrum iri non potest, L. *non distinguemus. 32. §. Iulianus. 6. ff. de recept. arb.*

13 His duobus † modis irrogandæ infamiæ addit Wesenbecius *n. 6. hic* tertium, videlicet genus pœnæ, cùm quis, v. g. ignominiæ causâ exauctoratur militiâ. L. 2. §. *ignominia. ff. h. T.* vel movetur ordine, L. 3. *C. eod.* vel relegatur, L. *capitalium. 28. §. 1. ff. de pœnis,* vel fustibus cæditur, L. *fustibus. 16. C. eod.* vel in metallum damnatur, L. *ad tempus. 6. C. eod.* sed quia istæ pœnæ vix absque sententia, vel decreto saltem, imponuntur, ideo ab alijs non nisi duo modi constituuntur.

14 QVAERITVR † SEPTIMÒ: Quandonam ipso jure, vel per sententiam infamia dicatur irrogari, & quare ita? Ad hoc

hoc RESPONDETUR, tunc ipso jure,
cùm lex commissum aliquod statim in-
famiâ dignum censet, nullâ expectatâ
sententiâ, *VVesenbec. h. num. 6.* vel ideo,
quòd palam fiat, vel quòd vix habeat &
admittat excusationem, *Bachovius ibi-
dem.* Per † sententiam autem tunc, 15
quando lex crimen non statim notat,
sed ut locus sit infamiæ, sententiâ Judi-
cis opus est, quod tunc fermè contingit,
quando delicta solent fieri clam, ita ut
probatione, & in negantem sententiâ
opus sit, vel quando ita sunt comparata,
ut excusationem aliquam, & defensio-
nem admittant, *ijdem ibidem.*

Quod autem † de sententia dictum, 16
id de definitiva intelligendum est, nam
interlocutio Judicis vel Prȩsidis ad irro-
gandam infamiam juris non sufficit, L.
*verbum. 17. L. interlocutio. 19. C. ex quib.
caus. infam. irrog. VVesenb. n. 6. in f.* qui
n. 4 in fin. rectè notat, non modò disertis
verbis infamiam irrogari (quando vi-
delicet in sententia exprimitur conde-
mnatum infamem fieri) sed † sufficere 17
ex causa famosæ actionis aliquem con-
demnari, vel famosum genus pœnæ per
sententiam imponi, tunc enim infamia

damnatum sequitur, licet eius nulla expressa mentio facta fuerit, *Bachovius ibidem.* Nam motione ab ordine, vel dignitate, fustigatione, turpi aliqua præclusione (ut cùm stelliones deridendi, infamiæ causâ in publico proponuntur) & modis similibus infamia *ipso facto* irrogatur, *VVesenbec. d. n. 4.* Similiter relegatio ad tempus, vel in perpetuum, vel in insulam, vel cùm quis in opus publicum datur, vel cùm fustium ictu subijcitur, hæ omnes pœnæ existimationem lædunt, & infamant, L. *capitalium. 28. §. cæteræ, 1. ff. de pœnis.* Neque opus
18 † est, ut semper sententia in forma solenni pronuncietur, sufficit, si pœnæ istæ etiam absque sententia, extra ordinem, officio Judicis nobili, aut decreto, imponantur, *VVesenbec. n 6. in fin.* ubi recté
19 notat hæc † genera pœnarum non infamare per sese, sed ex causa turpi, propter quam pœnæ fuerunt impositæ, *id. VVesenbec. d n. 4.* Hinc etiam, si quis fuerit fustigatus, ictus tamen fustium infamiam non importat, si innocens fuit, vel ob causam non idoneam pœnam istam sustinuit, sed tunc tãtùm, si causa, propter quam id pati meruit, talis, &
tam

tam magna fuit, ut infamiam damnato irrogaret, *L. ictus 22. ff. h. T.* Sic scio superioribus annis virum honestissimũ numellis publicis in civitate Augustana Imperiali (cùm ibi Sueci dominarentur) odio solius fidei Catholicæ, sine sufficienti & justa causa, fuisse insertum, & tamen in hodiernum usque diem, tam à Catholicis, quàm ab Acatholicis minimè pro infami habitum, sed ad publicum munus assumptum, & hucusque semper toleratum. In cæteris generibus pœnarum idem judicium ferendum est, *d. L. ictus. 22.*

QVÆRTVR † OCTAVÒ: Quinam edicto prætoris notentur infamia? Ad hoc RESPONDETVR satis multi. Nam PRIMÒ infamia notatur edicto miles dimissus ab exercitu ignominiæ causâ, *L. 1. & 2. ff. h. T.* Ideo autem adijcitur *ignominiæ causâ,* quia multiplex est dimissio, sive multa genera missionum. 20

Alia enim † est *honesta*, quæ tempore militiæ impleto datur, *L. milites. 13. § 3. ff. de re milit.* sive post emerita, sive impleta stipendia, id est, post 20. annorum stipendia, *L. 1. C. de excusat. Veteranorum*, Veteranis cõceditur, vel etiam 21

ab Imperatore, vel Duce militiæ, quandoque indulgetur, *L. 2. §. 2. h. T. L. ult. C. de his qui non implet, stipend. L. 1. C. de excusat. Veteranorum. L. si solennibus 7. C.*
22 *de fid. instrum.* Alia † vocatur *causaria*, quæ fit ob justam causam, v.g. cùm propter valetudinem laboribus militię quis solvitur, *d. L. 2. §. 2 h. T. L. semel. 6. C. de re milit. lib. 12* aut cùm quis ob vitium animi, vel corporis minus idoneus mi-
23 litiæ renunciatur, *d. L. 13. §. 3.* Alia † *ignominiosa*, cùm quis propter delictum sacramento militari solvitur. *d. §. 3.* Sive is, qui mittit, addat nominatim, se *ignominiæ causâ* mittere, *L. 2. §. 2. h. T.* Sive sine ignominiæ mentione mittat, nihilominus enim ignominiâ missus intelligitur, *d. L. 13. §. 3* dummodo causa exprimatur, semper enim debet addere, cùm miles mittatur, *d. L. 2. §. 2. h. T.* Imò amplius, si Dux militiæ militem exauctoraverit, & arma vel insignia ei detraxerit, infamem ipsum efficit, licet non addidisset, *ignominiæ causâ* se eum
23 exauctorâsse. Est † & quartum genus missionis, si quis nimirum evitandorum munerum causâ militiam subijsset, ille enim ab exercitu dimittitur, citra tamen

men ignominiam, *L. 2. §. 2. in f. h. T.*
SECVNDO † LOCO notat Prætor eos, qui in scenam aut arenam artis ludicræ & quæstus faciendi causâ prodeunt, *L. 1. §. qui artis. ff. h. T.* Nam vitæ ludicræ genus ut artificium apud veteres semper pro turpi fuit habitum, *Wesenbec. n. 5.* Ad quod tamen duæ conditiones requiruntur. *Prima* est, ut in scenam, id est, in locum talem, ubi passim homines spectaculi causâ admittuntur, ludorum faciendorum causâ de facto prodierit. Nam qui operas suas tantùm locavit, ut prodiret, neque tamen prodijt, non notatur, quia res non adeo turpis est, ut etiam cōsilium puniri debeat, *L. 2. in f. L. 3. ff. h. T.* *Secunda* est, ut quæstus causâ in certamina descenderit, vel propter prœmium in scenam prodierit, hic enim famosus est, *L. 2. in f. h. T.* qui autem certaminibus sacris deserviunt, ignominiosi non habentur; neq; athletæ, quia non exercent artem tantùm ludicram, & virtutis potius, quàm quæstûs causâ id facere censentur, *L. 4. in pr. h. T.* *Tertia*, ut majorennis fuerit, nam minores inviolatam existimationem retinent, *L. si fratres. 21. C. h. T.* 25

X 5 TERTIÒ

26 TERTIÒ ex† edicto Prætoris infames fiunt, qui lenocinium faciunt, L. 1. *ff. h. T.* hoc est, qui quæstuaria mancipia habent, sive principaliter, sive alterius negotiationis accessione utantur, ut si caupo, stabularius, vel balneator talia mancipia habeat ministrantia, & occasione ministerij quæstum facientia. In eadem causa est, qui in liberis hunc quæstum exercet. L. 4. § 2. *ff h. T.*

27 QVARTÒ † notatur infamia is, qui in judicio publico calumniæ, prævaricationisve causâ quid fecisse judicatus, id est, condemnatus fuerit, L. 1. *ff. h. T.* *Calumniari* autem dicitur, qui falsa crimina alteri scienter & dolosè imponit, L. 1. §. *calumniari. ff. ad S C Turpil. & ibi VVesenbec. n. 3.* is enim ex justa lege talionis meritò infamis efficitur. Nam omnia judicia publica infamant, L. *infamem 7. ff. de pub. judic.* par igitur est, ut qui alteri publico judicio infamiam inurere per calumniam voluit, eandem ipse maculam sustineat, *VVesenbec. h. n. 5.* calumniantes enim ad vindictam poscit supplicij similitudo, *L. fin. v. sed quisquis. C. de accusat. L. fin. C. de calumniat.* Ca-
28 lumniator † autem ita demum notatur, si fue-

si fuerit calumniæ causâ *damnatus*, neq; enim sufficit calumniatum esse, *L. 4. §. 4. h. T.* & quidem proprio nomine. Nec enim facilè tutores & curatores, qui ex officio periculo suo res pupillorum vel adultorum administrant, sententiâ notantur, nisi evidens eorum calumnia fuerit, *L. 2. C. de his, qui accus. non poss.* idem † est in prævaricatione. Vocatur 29
autem *prævaricator* quasi *varicator*, qui ex utraque parte constitit, & variando modò huic, modò alteri astitit, proditâ causâ adversarij, *d. L. 4. §. 4.*

QVINTÒ infamis efficitur, qui furti 30
(sive manifesti, sive nec manifesti, *L. 6. h. T.*) vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo malo, & fraude suo nomine damnatus sit, *L. 1. §. qui furti. ff. h. T. L. 4. in f. eod. L. infamem. 7. ff. de pub. judic. L. si furti. 8. C. ex quib. caus. infam.*

Ratio † generalis horum omnium 31
redditur à Wesenbecio *n. 5.* quia in omnibus his judicijs de dolo quæritur: dolus autem infamat, & omnia judicia dolum vindicantia, *per L. 1. §. ait prætor. 4. ff. de dolo.*

Ratio † specialis, quoad furtum habetur 32
in *L. probrum. 42. ff. de V. S.* quia furtum

furtum naturâ probrum, vel turpe est.

33 Ratio specialis, quoad injuriam, & cur injuriarum damnatus infamis fiat, *L. Decuriones. 5. C. h. T.* desumitur iterum ex lege talionis. Nam injuria est ignominia animo contumeliæ, vel infamandi alicui apposita, *L. 1. §. omnem. 2. ff. de injur,* æquum est igitur, ut qui alteri ignominiam intulit, eandem ipse incurrat, *VVesenbec. h. n. 5.* qui sibi ipsi contrarius *n. 18. ff. de injurijs.* hanc Rationem multis impugnat.

34 Ratio † cur vi bonorum raptorum damnatus infamis fiat, redditur ab eodem Wesenbec. *d. n. 5.* quia in illo judicio de dolo quæritur, & est actio similis furti, *per inst. de vi bon. rapt.* Multò

35 ergo † magis doli judicium famosum est, tum per rationem generalem, tum per ea, quæ infra *ad tit. de dolo malo* plenius tradentur.

36 Ratio † autem, cur fur ex actione furti damnatus infamiam juris incurrat, non etiam, si ex condictione furtiva, *L. cessat. 36. ff. de O. & A,* (ut sup. *q. 5.* dictum fuit) est ista; quia in hac non de dolo quæritur, sed de restitutione rei, & delictum

lictum non arguit, ſed reſtitutionem petit, ideo condictiones (quamvis ex famoſis cauſis deſcendant) non infamant, ipſo jure, ſed tantùm de facto, *d.* L. 36. *VVeſenbec. h. n.* 5.

37 Eandem † ob rationem actio quod metus cauſa de jure non infamat, ut ſup. *d. q.* 5. vidimus, ſed tantùm de facto, quia etiam illa ſuâ naturâ rei perſecutoria eſt, quamvis in quadruplum ex contumacia rei creſcere poſſit, *VVeſenbec. loc. cit.* Accedit, quòd ſit in rem ſcripta, & contra tertium etiam poſſeſſorem detur; *Bachovius ad eundem ibidem.* quem infamem fieri ſatis durum eſſet.

38 Duæ † autem Conditiones ad hoc requiruntur, ut quis his actionibus conventus infamis fiat. Prima eſt, ut fuerit per ſententiam condemnatus, *d. L.* 1. §. *qui furti, &* L. 4. *inf. ff. h. T.* quia infamia damnatum ſequitur, non litigantem, & ante condemnationem de delicto nondum certò conſtat, *VVeſenbec. loc. cit. vide Cardinal. Tuſch. lit. C. concluſ.* 571. adeo ut ne publica quidem delicta infamem faciant, *ignominiâ juris* ante ſententiam, L. 1. *ibi: publico judicio judicatus. ff. h. T.* L. *infamem*, 7. *v. infamem*

ſenten-

39 *sententia efficit. ff. de pub. judic,* Unde † memini, me in cive quodam Geisenfeldensi, qui pendente ejusmodi famoso judicio Decurio factus fuerat, contra cõmunitatem sese oponentem obtinuisse, ut in munere isto toleretur. Ex quo ul-
40 terius † sequitur, quòd si quis furti vel alijs famosis actionibus conventus, & condemnatus provocaverit, pendente judicio nondum inter famosos habeatur, L *furti. 6. §. 1. h. T.* L. *qui cùm. 14. §. 8. ff. de bon. lib.* quia condemnatus pendente appellatione non dicitur condemnatus, L. 2. § *fin. ff. de pœnis.* Sed si omnia tempora provocationis lapsa sunt, retrò infamis est, quia paria sunt non appellâsse, & appellationem debito tempore non introducere, vel prosequi: sin injusta ejus appellatio visa est, hodie notatur, non retrò, *d. L. 6. §. 1. & ibi*
41 Gothofred. Cuius † rei non exiguus effectus est, nam si post appellationem interpositam actum aliquem exercuisset, quem infames exercere non potuissent, tunc si non introduxisset debito tempore appellationem, vel non prosecutus fuisset, actus non valeret, valeret autem, si prosequendo appellationem in secunda in-

da instantia succubuisset. Secunda † conditio est, ut suo nomine fuerit condemnatus, *d,* L. 1. §. *qui furti,* & *d.* L. 4. *in fin. h. T.* Nam si quis alieno nomine condemnatus fuerit, non laborat infamiâ, & ideo nec procurator, nec defensor, nec tutor, nec curator, nec hæres (ubi scilicet cum defuncto lis contestata fuit; aliàs enim pœnales actiones non dantur in hæredes, *Bachovius ad VVesenbec. h. n. 5.*) furti, vel ex alia simili causa condemnatus infamia notabuntur, *d.* L. 6. §. 2. *h. T.* Cùm enim pœnæ suos debeant tenere authores, L. *sancimus. 22. C. de pœnis.* iniquum esset, his alieni doli dedecus inuri. 42

SEXTÒ non † tantùm condemnatus in prædictis causis, sed etiam pactus infamis efficitur, qui scilicet in delictorum privatorum actionibus, puta furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo, pactus est, L. 1. *ff. qui furti.* L. 4. §. *f. ff. h. T.* quoniam intelligitur confiteri crimen, qui paciscitur, L. 5. *ff. eod.* Et pacìscens de famoso criminali judicio pro confesso habetur, L. 18. (*de transact.* L. 4. *ff. de iure fisci.* L. *f. ff. de prævaricat.* confessus autem pro judicato est, L. 1. 43

ff. de

ff. de confess. unde pactum & sententia quoad infamiam irrogandam æquiparantur, & damnatus vel verè, vel fictè (veluti confessus, & qui pro confesso est, pactus) infamis fit, *Bachovius ad VVesenbec. n. 5.* Hæc autem quæ dicta sunt

44 LIMITANTUR † procedere PRIMÒ: Si quis suo nomine, secus si alieno, v.g. procuratorio pactus sit, L. 1. *ff. qui furti,* L. 4. *in f.* L. 6. §. 2. & 3. *ff. h. T.*

45 LIMITATUR † SECUNDÒ: Si pretio pactus fuerit, secus si gratis, nam pactum gratuitum non infamat, L. *si mariti, 29. §. plectitur. 2. ff. ad L. Iul. de adult. text. in* L. 4. *ff. de jure fisci. Gail. 2. obs. 102. n. 17. & 18.*

46 Ex quo † sequitur, infamiâ non notari eum, qui precibus, aut interventu amicorum impetravit, ne secum ageretur, L. 6. *§. pactus 3. ff. h. T.* ubi ratio: quia aliàs nullus veniæ precibúsque locus esset, si hos infamiâ notari diceremus, quod esset inhumanum. Ratio autem

47 † diversitatis, cur gratis paciscì liceat, non etiam pretio dato, redditur à Wesenbecio talis: qui dato pretio paciscitur, ille aliquid facit, & quodammodo emit remissionem judicij, ídque cum suo

suo incommodo; quia dat pretium. Cùm autem nemo præsumatur jactare suum, *L. cùm de indebito. 25. §. qui enim circa f. ff. de prob.* non præsumitur sine causa, sed ex conscientia delicti pretium dedisse. At hæc ratio cessat, ubi pretium non intervenit; quia reus neque dat quidpiam, neque facit, unde præsumptio confessionis eliciatur, sed acceptat tantùm remissionem litis, acceptatio autem nemini fraudi esse debet. Non abludit Bachovius, dum ait; contra eum, qui pretio dato pactus est, præsumptionem esse, quòd adversarium pecunia corrumpere voluerit.

LIMITATUR † TERTIÒ: Ut etiam is, qui pretio dato pactus est, infamia non notetur, si causam exprimat in pacto, quæ præsumptionem confessionis excludat, ut quotidie fit, cùm transigendo declarat reus, se non conscientiâ alicuius delicti, sed ad redimendam vexam transigere, & pacisci, *Wesenbec. h.n. 5. v. non etiam.* quam sententiam commodè defendi posse putat Bachovius, si fiat cum tali protestatione, & actor ita accipiat, & desistat à lite. 48

LIMITATUR † QUARTÒ: Ut 49

Y etiam

etiam is, qui jussu Prætoris, vel auctoritate Judicis, pretio pactus est, non notetur, L. 6. § 3. *in fin. ff. h. T.* Rationes reddit Wesenbecius *n. 5. §. qui jussu.* tales; quia jussum Judicis semper præsumitur esse justũ, & reum in pœnis excusat, nec confiteri videtur, qui parere habet necesse, & proinde nec in dolo esse, neque in opprobrio hæres, meritò judicatur, *arg. c. quod quis. 23. de R. I. in 6. Gail 1. obs. 88. n. 4.*

50 LIMITATVR † QVINTÒ: Ut pactus tunc demum fiat infamis, si cœpto judicio pactus est, & post litem contestatam, *arg. L. servus. 14. ff. h. T.* Nam ante litem contestatam de furto & alijs similibus famosis criminibus transigi posse multa jura convincunt, *L. post decisionem 13. C. de furt. L. interdum. 56. §. 4. ff. eod. L. si tibi. 17. § quædam. 1.* L. *si unus. 27. §. pacta. 4. ff. de pact. Wesenbec. n. 5. v. nam quod dicitur ff. de transact. idem n. 5. v. requirit. h. T.* si autem transigi potest, utique hoc sine pœna infamiæ fieri potest, cùm utique quod lex permittit, non possit infamiam mereri, *Bachovius ad Wesenbec. h. n. 5. v. damnatus.* Ratio alia redditur à Wesenbecio

locis

locis cit. talis: ideo pactus fit infamis, quia habetur pro confesso, & convicto: atqui is, qui ante & extra judicium super famosa actione paciscitur, vel transigit, pro confesso convictóque haberi non poteſt, cùm ne vera quidem, nedum præſumpta confeſſio (qualis ex transactione eiuſmodi ſumitur) extra judicium facta pro idonea probatione, quæ ad condemnationem ſufficiat, ſit habenda. Ergo, infamiâ notari non debet, qui extra & ante judicium paciſcitur, quia infamia tantùm damnatum ſequitur, hic autem pro convicto & damnato non habetur.

Neque his † obſtat PRIMÒ; quòd is, qui *confeſſus* eſt in jure apud prætorem, & ita etiam ante litem conteſtatam pro damnato habeatur, & quod contra ita confeſſum ex alijs cauſis, tanquam contra damnatum, actio propria de confeſſis dabatur, *arg. L. 56. ff. de re judic.* Nam hoc etiam concesso non tamen rectè infertur: confeſſus ante litem cõteſtatam in jure fit infamis. Ergo etiam pactus ante litem conteſtatam. 51

Nam mirum non eſt, ſi plus operetur confeſſio, quàm pactio, & potuit quis

ante litis conteſtationem extra jus paciſci, *Bachovius ad VVeſenbec. n. 5.* qui tamen dubitat, an non poſt vocationem in jus, & aditum prætorem pactiones eiuſmodi vetitæ ſint, quia dicta aditio alios quoque effectus parit, & inter cæteros prorogationem inducit, *L. 18. ff. de juriſdict.* quod tamen in medio relinquit.

52 Nec obſtat † SECVNDO, quòd *in L. 1. L. 4. in f cum LL. ſeqq.* dicatur, infames fieri, qui furti, & injuriarum &c. pacti fuerint, non enim ſenſus eſt, quòd ſuper crimine furti & injuriarum tranſigi non poſſit (id enim alibi, & quidem ex L. 12. tab expreſsè permittitur, L. *ſi unus 27. §. ſi depoſiti cum L. ſeq. L. ſi tibi. 17. § quædam ff. de pact.*) ſed ſuper actione furti, & injuriarum &c. actio autem non intelligitur ante litem conteſtatam, *arg.* L. *amplius. 15. ff. rem rat. VVeſenbec. loc cit.* & antè litis conteſtationem res non pertinet ad officium Judicis, L. *ædiles 25. §. 8. ff. de ædilit. edict.* ſed eſt planè extrajudicialis.

53 LIMITATVR † SEXTO: Ut etiam hæres paciſcens extra notam ſit, cùm, quia alieno nomine, ſeu ſuper alieno debito

debito paciscitur, tum quia lis cum eo non fuit contestata, *arg. L. servus, 14 ff. h. T. VVesenbec. n. 5. v. sed & heres.*

LIMITATUR † SEPTIMÒ: Ut pactus in civilibus judiciis, sive in actionibus ex contractu descendentibus, licet famosis, infamis non fiat, nam in his damnati notantur, pacti non notantur, L. 7. *ff. h. T.* uti paulò post plenius declarabitur. 54

LIMITATUR † OCTAVÒ: Ut nec is, qui jurejurando delato juraverit, se non deliquisse, infamiâ notetur, nam quodammodo innocentiam suam jurejurando approbavit, non propriè pactus fuit, L. *furti. 6 §. 4. ff. h. T.* Atque hæc de sexto modo incurrendi infamiam juris. 55

SEPTIMÒ in † quibusdam causis etiam civilibus, & ex contractu ortis, condemnatus infamis efficitur, veluti qui pro socio, tutelæ, mandati, depositi, suo nomine, non contrario judicio damnatus erit, L. 1 §. *qui pro socio. ff h. T.* L. *furti. 6. §. mandati. 5. ff. eod.* L. *fin. C. eod.* L. *qui depositum. 10. C. depositi* §. *ex quibusdam 2. inst. de pœn. tem litig.* Rationes multas assignavi, præcipua à Ci- 56

 cerone

cerone redditur: quòd in his querela instituatur de duabus rebus sanctissimis violatis, amicitia scilicet, & fide. vide Carpzovium *Jurisp. forens. p. 4. const. 45.*
57 *definit. 10.* Cæteræ † actiones ex contractu ortæ famosæ non sunt, quamvis in ijs de dolo quæratur, sed tantùm illæ minuunt opinionem, in quibus de fide rupta agitur. Sic in empti, locati, aliísque judicijs similibus, etsi de dolo sæpè tractetur, non tamen damnatum infamia
58 sequitur. Imò † quod plus est, etiam quædam actiones occasione delicti ortæ, uti v.g. Actio quòd metus causâ, rerum amotarum, condictio furtiva, & similes non infamant, quamvis in his tacitè & dissimulanter de dolo quæratur, *VVesenbec. n. 5. v. his porrò.* ubi Rationem assignat.; quia gravius crimen est, fidem fallere illi, qui fidem amici in contrahendo secutus est, quàm in simplici hærere dolo.

59 AMPLIANTUR † autem, quæ dicta sunt, præsertim *de mandato*, ut verbis edicti notetur, non solùm is, qui mandatum expresse suscepit, sed & is, qui tacitè, & qui fidem, quam adversarius secutus est, non præstat, *L. furti. 6.*

§. 5.

§. 5. ff. h. T. ubi tale exemplum ab Ulpiano ponitur: fidejussi pro te, & solvi, & postea tecum mandati egi, si condemnatus fueris, famosus eris.

LIMITATUR † autem PRIMÒ: ut condemnatus tunc ex his caussis infamis fiat, si suo nomine damnatur. *L. fin. C. h. T.* Unde quia interdum hæres suo nomine damnatur, ipse quoque infamis fit, si in deposito, v. g. vel in mandato malè versatus sit. In tutela autem, vel pro socio, hæres suo nomine damnari non potest, quia hæres neque in tutelam, neque in societatem succedit, sed in æs alienum defuncti, *d. L. 6. §. 6. h. T.* 60

LIMITATUR † SECUNDÒ: Ut infames in his judicijs fiant, qui *directis* actionibus conveniuntur, non qui *contrarijs*. Nam in contrarijs non de perfidia agitur, sed de calculo & impensis, *d. L. 6. §. fin.* Sed quia † actio *pro socio* ex utráque parte directa est, ideo quilibet ex socijs eo judicio damnatus, ignominiâ notatur, *§. ex quibusdam. 2. inst. de pœna tem. litig.* 61 62

LIMITATUR † TERTIÒ: Ut licet in his judicijs fidei ruptæ civilibus damnatus infamis fiat, non tamen simi- 63

liter pactus, quia ex his causis non tam turpis est pactio, quàm in superioribus. *L. 7. ff. h. T.* Ratio alia assignatur à Wesenbecio *n. 5. v. verior*, quia in his transactio principaliter fit super contractu; atqui de contractibus pacisci licet, & transigere impunè, quamvis per consequentiam delictum remittatur. *L. si unus 27. §. illud, 3. ff. de pact.*

64 OCTAVÒ † infamis efficitur mulier vidua intra annum luctûs nubens. *L. 1. §. quicam. ff. h. T.* quamvis enim decreto amplissimi ordinis luctus fœminarum diminutus sit, ut tristior habitus, cæteráque hoc genus insignia mulieribus remittantur (etenim olim, quæ lugebat, abstinere à convivijs, ornamentis, puta auro, annulis, monilibus, & albâ veste purpuráve, ac aliam vestem induere debebat, post Paulum *lib. 1. sent. c. 21. de sepul. VVesenbec. h. n. 5. v. mortuo*) non tamen intra tempus, quo elugere maritum moris est, matrimonium contrahere permittitur, *L. decreto. 15. C. h. T.* ita quidem, ut si contra edictū & S. Consultum de facto contrahat, ipso jure, citra sententiam, infamiam incurrat, perinde ac si turpe flagitium commiserit.

Ratio-

Rationemq; reddit Ulpianus, in L. *liberorum, 11. §. 1. in fin. ff. h. T.* ubi dicit: hunc luctum & abstinentiam mulieribus indictam esse, propter sanguinis (& seminis) turbationem, ne scilicet stirpes & familiæ confundantur, si mulier ad secũdas nuptias properet. Nato enim intra annum filio, incertũ fieret, utrius esset mariti partus, an demortui, an verò secundò super inducti. *WWesenbec. loc. cit.* 65

AMPLIATVR † autem hæc causa PRIMÒ: ut non tantùm mulier, quæ nupsit, sed etiam vir, qui sciens eam in uxorem duxit, etiamsi miles sit, ex edicto labem pudoris contrahat. *L. decreto. 15. in fin. h. T. L. 1. §. qui eam. ff. h. T.* vide tamen infra *limit. 7.* 66

AMPLIATVR † SECVNDÒ: Ut infamia notetur etiam pater, vel avus mulieris nubentis, qui mulierem, antequam priorem virum elugeret, alteri in matrimonium collocaverit, & qui eum, quem in potestate habet, eam mulierem lugentem uxorem ducere passus fuerit. *L. 1. §. qui eam. ff. h. T. L. 11. inf. eod.* Ratio: quia hi omnes turbationem sanguinis adjuvant, quod verum est, si scivit ducere, & passus est. Nam si, posteaquam 67

duxit, ratum habuerit, vel si ab initio ignoravit mulierem lugentem esse, postea autem scit, non notabitur infamiâ, quia prætor ad initium nuptiarum se retulit, *L. quod ergo 13. in pr. h. T.*

68 AMPLIATUR † TERTIÒ: Ut procedat non tantùm mortuo marito, sed etiam alio modo, puta per adulterium, dissolutis nuptiis, *per L. consensu. 9. v. jubendi post annum. C. de repud. L. 2. C. de secund. nupt VVesenbec. loc. cit.* quia eadem ratio subest.

69 AMPLIATUR † QUARTÒ: Ut mulier intra annum luctus nubens infamiam incurrat, etiamsi prior maritus talis fuerit, quem more majorum lugeri non oportet, uti sunt hostes, perduellionis damnati, suspendiosi, & qui manus sibi malâ conscientiâ (non tædio vitæ) intulerunt. Quamvis enim hi non soleant lugeri, ut Neratius ait: tamen si quis post huiusmodi exitum mariti nuptum se collocaverit, infamiâ notabitur, *L. liberorum 11. § 1. & 3. ff. h. T.* quia nimirum eadem semper ratio, videlicet turbatio sanguinis, subest.

70 LIMITATUR † autem & declaratur PRIMÒ: Ut hanc pœnam sponsi

& spon-

& sponsæ non incurrant, tum quia sponsi nullus luctus est, tum quia turbatio sanguinis cessat, *L. 9. ff. h. T.*

LIMITATVR † SECVNDÒ: Ut tamen viri & mariti post obitum mulierum hac lege non teneantur, *d. L. 9.* ob eandem rationem cessantem, *L. consensu. 8. v. uxorémque si velit statim ducere. C. de repud.* 71

LIMITATVR † TERTIÒ: Ut quamvis parentes & liberi, nec non cæteri agnati & cognati secundùm pietatis rationem, & animi sui patientiam, prout quisque voluerit, lugendi sint; tamen liberorum & parentum luctus impedimento nuptijs non sit, *L. liberorum. 11. in pr. ff. h. T.* & qui eos non eluxit, non notetur infamiâ, *L. parentes. 23. ff. h. T.* quia & hic ratio cessat. 72

LIMITATVR † QVARTÒ: Ut mulier, quam certò constat esse gravidam ex priori matrimonio, impunè possit nubere, *dict. L. 11. §. 3.* quia & tunc ratio cessat & incertitudo. 73

LIMITATVR † QVINTÒ: Ut non noceat mulieri, quæ virum eluget, intra id tempus sponsam fuisse, *L. 10. §. 1. h. T.* quia nulla turbatio & commixtio sanguinis intercessit. 74

LIMI-

75 LIMITATUR † SEXTÒ: Vt nec illa infamis fiat, quæ facultatem nubendi à Principe impetravit, d. L. 10. quia quod ex Principis permissu fit, rectè fit, & pœnam non meretur.

76 LIMITATUR † SEPTIMÒ: id, quod in ampliatione prima dictum est, ut tunc infamis fiat vir, si sciens mulierem lugentem ducit, ignorantia enim facti excusatur, licet non juris, L. liberorum. 11. §. f. h. T. & ignorantia puniri non debet, L. genero. 8. ff. h. T.

77 LIMITATUR † OCTAVÒ: Vt etiam excusetur, qui jussu eius, in cuius potestate erat, duxerit, (v. g. si filiusf. jussu patris lugentem duxerit; licet is, qui passus est ducere, infamiâ notetur), Ratio: quia is, qui obtemperat, veniâ dignus est, L. liberorum. 11. §. f. h. T. quod in tantum verum est, ut non notetur; qui jussu patris duxit; quamvis liberatus potestate patriâ eam postea retinuerit.

78 LIMITATUR † NONÒ: Vt mulier impunè nubat post annū luctus, etiamsi toto anno nunquam sciverit, maritum mortuum esse; Ratio habetur in L. genero 8. h. T. quia tempus luctûs continuum est, Ergo meritò cedit etiam ignoranti

ex die mortui mariti. Ideóque si post legitimum tempus sive annum elapsum cognoverit mariti mortem, ipsa die & sumit lugubria, & deponit.

Hodie † mulier de jure canonico non 79
fit infamis, etiamsi intra annum luctus nubat, *per text. in d. penult. & ult. ext. de secundis nuptiis.* per Rationem: quia concessâ sibi ab Apostolo utitur potestate. Apostolus enim *ad Rom. 7. v. 2. Corinth. 7. v. 39.* dixit: mulier viro suo mortuo, soluta est à lege viri sui, in domino nubat, cui voluerit.

Nono infamis † efficitur, qui binas 80
nuptias eodem tempore habet constitutas, *L. 1. in f. ff. h. T.* Ratio: quia fidem frangit priori, qui cum altera nuptias contrahit, ubi autem de fide rupta agitur, ibi sequitur infamia, *arg. L. 6 ff. f. h. T. VVesenbec. h. n. 5 v. notatur.*

Ampliatur † Primò: Ut ea- 81
dem sit causa sponsaliorum, ita ut qui sponsalia bina eodem tempore celebrat, infamis fiat. *d. L. 1. in f.* Ratio secundùm Wesenb. quia sunt quædam velut matrimonium sponsalia. *arg. L. si uxor. 13. §. 3. ff ad L. Iul. de adult. arg. L. si sponsa. 74. ff. de jur. dot. L. lex Iulia. ff de fund.* dot.

dot. & fidem frangit priori, qui cum altera sponsalia contrahit.

82 AMPLIATVR † TERTIO: Vt ex edicti sententia puniatur, si quæ alteri sponsa, alteri nupta sit, *L. quid ergo, 13. §. 3. ff. h. T.*

83 AMPLIATVR † QVARTO: Vt eadem sit causa maris & fœminæ, *d. L. 13. §. 4.*

84 AMPLIATVR † QVINTO: Vt infamia quis notetur, etiamsi cum ea quis nuptias vel sponsalia constituat, quam uxorem ducere vel non potest, vel fas non est, *d. L. 13. § 4.* quia factum notatur, *ibidem.*

85 AMPLIATVR † SEXTO: Vt etiam pater infamis fiat, cujus jussu bina sponsalia contrahuntur, adeóque si eius nomine bina sponsalia quis constituat, quem quámve in potestate habet. Certè enim, qui filium vel filiam côstituere patitur, quodam modo ipse videtur constituisse, *d. L. 13. §. 1.*

86 LIMITATVR † autem PRIMO: Vt si quis alieno nomine, quem quamve in potestate non habet, bina sponsalia constituerit, infamiâ non notetur, *d. L. 1. in fin. & d. L. 13. §. 1.*

LIMI-

LIMITANTUR † SECUNDO: Ut excusetur, qui jussu ejus, in cujus potestate est, id fecerit. *d. L. 1. in fin.* quia parere habuit necesse. 87

DECIMO: † infamiam incurrit mulier, quæ cùm suæ potestatis esset, per calumniam ventris nomine in possessionem missa est, dum se asseverat prægnantem, cùm prægnans non esset, vel ex alio concepisset, *L. notatur. 15. cum L. seq. ff. h. T.* debet enim coërceri, quæ Prætorem decepit, *L. 17. eod.* 88

AMPLIATUR † idem quoque esse servandum in patre qui calumniæ causâ passus est filiam, quam in potestate habebat, in possessionem ventris nomine mitti. *L. 19. ff. eod.* 89

LIMITATUR † autem, ut ea, quæ falsâ existimatione decepta est, non possit videri per calumniam in possessione fuisse, *L. ea. 18. h. T.* 90

LIMITATUR † SECUNDO: Ut non alia notetur, quàm ea, de qua pronunciatum est, calumniæ causâ eam fuisse in possessionem missam, *L. non alia. 19. ff. eod.* 91

Atque hæc † dicta sufficiant de illis, qui edicto Prætoris existimationis jacturam 92

cturam patiuntur, ex quibus aliqui *ipso jure*, sententiâ non expectatâ, infames fiunt, ut usu venit in his, qui in scenam prodeunt, lenocinium faciunt, vel intra tempus luctus, aut alioquin bina sponsalia, binasve nuptias contrahunt, *VVesenbec. h. n. 6.* quia hæc & similia palam fiunt, & vix habent excusationem, *Bachovius ibid.* aliqui verò non aliter, nisi subsecutâ & mediante sententia, ut in exemplo quarto, quinto, septimo, & decimo vidimus.

SUMMARIA.

93. *Infames alij ordine alphabetico descripti usque ad* 145.

146. *Qui infames videri possent, & tamen non sunt, ordine alphabetico descripti, usq; ad* 175.

176. *An infamia etiam propter culpam latam irrogetur?* 177. *Opinio affirmativa,* 178 *negativa.* 179 *solutio contrarij.*

180. *Delictum ex lata culpa commissum non lædit existimationem.* 181.

182. *Perfidia & impostura infamat.*

183. *An stellionatus?* 184. 185.

186. *Dolum non semper sequitur infamia.*

187. *Ob alienum dolum condemnatus non fit infamis.* 188.

212. *Infamia juris ab habente potestatem tolli potest, non facti.*

213. *Modi subterfugiendi infamiam. 227. juris.*

214. *Si reus per procuratorem se defendat.*

215. *Si ante sententiam pœnam offerat.*

216. *Vel deponat. 217. exemplum.*

218. *Soluti contrarij. 219. 220. 221. 222.*

223. *Præstat per tertium offerri.*

224. *Si reus ante sententiam transigat authoritate Iudicis.*

225. *Si paciscatur cum protestatione, quòd redimendæ vexæ causâ faciat.*

226. *Si provocet condemnatus, & interea prædicta remedia amplectatur.*

228. *Infamia repellit à testimonio. 229. 230. 231. ab honoribus, 232. à postulatione, & multis alijs infames.*

233. *Sed privata & extrajudiciaria munera sustinere. 234. arbitri & procuratores esse possunt.*

235. *An spurij admittantur ad decurionatum?*

236. *An infamia removeat è collegio opificum?*

237. *An infames poßint esse Notarij?*

238. *Institutio infamis tribuit fratri excluso querelam inofficiosi.*

239. *Quo-*

QUÆRITUR † NONÒ: Quinam alij extra edictum Prætoris lege vel S. Consulto infamiâ notentur? Ad hoc RESPONDEO, eorum esse satis multos, ut ergo faciliùs percipiantur, eorum præcipuos ordine alphabetico recensebo. Infamis ergo fit † Accusator, desistens ab accusatione, postquam se in crimen subcripsit, L. 2, *C. ad S.C. Turpil.* 93 94

Accusator † intra statutum & legitimum tempus, id est, intra biennium accusationem cœptam non prosequens, *L. 1. C. ut intra cert. tempus crim. quæstio termin. & ibi Gothofredus ad rub.* 95

Adulterij † damnatus, *arg. L. etsi. 12. C. ad L. Iul. de adult.* 96

Appellans † injustè invito Judice, à quo, *L. à proconsulibus. 19. & ibi Gothof. v. notatus. C. de appellat.* Sed hoc Bachovius *n. 5. ad VVesenbec.* putat esse parti- 97

culare, & ad eum pertinere, qui impudentius, & cum manifesta injustitia fatigat magistratum, adeóque non esse generaliter accipiendum.

98 Appellans † & Judici convitium faciens, *L. Iudici. 42. ff. de injur.* qua in re Bachovius putat, procul dubio cognitione causæ & sententiâ opus esse.

99 Aufferens † pignoris causâ rusticos, agricultores, vel boves aratorios ex opere, vel ejus instrumenta circa opus occupata, *auth. agricultores. C. quæ res*
100 *pignori obligari poss.* an de † Blasphemia condemnati? *vide à me notata ad artic. 106. Carol. 97.*

101 Calumniator † in crimine publico, etiamsi alienam accusationem persecutus est, ut suam causam, *L. nostris. 8. C. de calumniator.*

102 Contraveniens † juratæ transactioni, *L. si quis major. 42. C de transact.*

103 Conspirationum † fautores, & socij, *L. 3. C. de jurejur. propt. calumn.* Con-
104 tumax † in criminali causâ, qui proinde etiam debet inter reos annotari, *L. 3. C. de requir. reis.*

105 Creditor † molestans debitorem moribundum, *auth. item. C. de sepulchro violato.* Cura-

Curator † nurvi suæ datus, si se non excusat, *L. licet 17. C. de excus. tut.* 106

Curatores † eo modo, quo infra de tutoribus dicetur. 107

Damnati † in opus publicum ad tempus, eo etiam finito, *L. ad tempus. 6. C. h. T.* 108

Dominus, † cujus metu & exhortatione servus vim intulit, *L. servos. 8. in pr. C ad L. Iul. de vi pub.* 109

Duumviri, † Præfecti, Senatores, & alij concubinam vilem personam habentes, & ex eis susceptos filios in numero legitimorum habere volentes, *L. 1. C. de natural. lib:* 110

Expilatores † hæreditatis, *L. si te. 12. C. ex quibus caus. infam. irrog.* 111

Exercentes † improbum fœnus, videlicet usuras centesimas, cùm videlicet pars sortis centesima singulis mensibus penditur, aut usuras usurarunt, *L. improbum. 20. C. de T. L. 20. C. de usur.* vide Bachovium ad Wesenbec. *n. 5. v. usuras*, ubi notat, jure veteri istas usuras fuisse legitimas. 112

Falsò † accusantes, *L. 2. C. de his, qui accus. non poss.* sed de his jam supr *q. 8. caus. 4.* ubi de calumniatoribus egimus, 113

Filij † perduellium, sive reorum læsæ 14

 Maje-

Majestatis, L. *quisquis. 5. §. 1. ff. ad L. Iul. Majest.*

115 Fraudulenti † Tutores, L. *un. C. si contra matris voluntat.*

116 Fustibus † cæsus, L. *fustibus. 16. C. h. T.*

117 Hæreticus † *per text. in auth. credentes. C. de hæretic. auth. Gazaros. eod.* & facit insuper, quòd in judicijs civilibus nequeant esse testes contra Catholicos, L. 21. *C. de hæretic. VVesenb. hic. n. 2. & ibi Bachovius in notis.*

118 Judex † malè judicans pretio depravatus, aut gratia, *L. 2. C. de pœna judic. qui malè jud.*

119 Judex † non puniens eum, qui puniri debuit capitaliter ob id, quòd inhumaniter captivos tractaverit, *L. 1. circ. f. C. de custodia reorum.*

120 Judex, † qui plenam relationem Principi non fecit, & omnia litis acta ad Principem cogniturum non remisit, L. *ne causas. 15. C. de appellat.*

121 Judex, † qui violentiæ crimen non debito modo punit, vel vim illatam non vindicat, ut oportet, L *servos 8. §. 2. C. ad L. Iul. de vi.*

122 Judex, † qui se furtis & sceleribus maculâsse convictus fuerit, L. *Iudices. 12. C. de*

C. de dignit lib. 12. hoc eſt, ut Weſenb. *n. 5.* explicat, qui munera ob judicandum accipit.

Libertinus † ut ingenuus officijs vel 123
curiæ ſe immiſcens, *L. un. C ad L. Viſelliam.*

In Lenocinio † publico, aut ſtupro 124
turpem vitam viventes, ſiue ſe publicè proſtituentes, aut palam corpore ſuo quæſtum facientes, *per L. palam 43. ff. de ritu nupt. arg. L. pen. h. T. à contrario ſenſu. VVeſenbec. n. 5. v. idémque ex lege. & v. lege porrò.* quod Bachovius admittit, ſi fiat publicè, & quaſi in lupanari.

Mulieres † impudicæ & deprehenſæ 125
in adulterio, *d. L. palam. 43. § f.* Diſtinguunt tamen quidam hac in parte, ut fæminæ quidem *ipſo jure* turpes ſint proſtratâ pudicitiâ, *d. L. 43. § 4. & §. f.* mares non item, niſi ſint damnati per ſententiam de adulterio, ſtupro, aut ſimilibus probris, *VVeſenbec. d. v. idémque.*

Maritus, qui ſe in curationem uxoris 126
bonorúmque ejus ingerit, neque excuſatione utitur, *L. licet. 17. C. de excuſ. tut. VVeſenbec. loc. cit.* quod Bachovio videtur jure poſteriori Codicis ſublatum, quo poteſt eſſe maritus legitimus ad-

ministrator bonorum paraphernalium, *L. 8. & ult. C. de pact. Convent.*

127 Nomina † & titulos potentiorum in litem prætendens, vel prædijs suis affigens, *L. un. in fin, C. de his, qui potentiorum, &c.*

128 Notarius, † qui prohibitam alienationem, contractúmque legibus vetitum conscripsit, *per c. 1. § callidis. de prohib. feud. alien. per Frideric. in usib. feud. VVesenbec. d. n. 5.*

129 Nuptias † incestas prohibitásque contrahens, *L qui contra. C de incest. nupt. arg. L. quid ergo. 13. §. 4. ff. h. T.*

130 Occultans † detrectatores publicorum munerum functionem subterfugientes, *L. ex omnibus. 31. C. de Decurion. lib. 10. VVesenbec. loc. cit.*

131 Ordine † motus, *L. 3. L. ad tempus. ff. de Decur. L. ad tempus. 6. C. de his, qui not. L. ordine. 15. ff. ad municip. Cuiac. L. 7. obs. c 19.*

132 Perjurus, † *L. si quis major. 41. ubi Doct. C. de transact. VVesenbec. loc. cit.* Sed cùm ista constitutio specialiter agat de jurata transactione non secuta, ideo Bachovius dubitat, an generaliter de perjuris intelligi possit.

Procu-

Procurator † reipublicæ conſpirans cum juramento adverſus eam, L. 3. *c. de jurejur. propt. calumniam dand.* vide ſup. de conſpirationum ſocijs. 133

Scholarium † privilegia violans, *auth. habita.* §. *dignum. in f. C. ne filius pro patre* 134

Sepulchri † violator, *Gothofredus ad rub. tit. de ſepulch. viol.* 135

Supplicans † pro reo læſæ Majeſtatis, *L. 5. §. 2. C. ad L. Iul. Majeſt.* 136

Stuprans † liberam puellam, *arg. L.* & *ſi 25. C. ad Iul. de adult.* 137

Tutor † & curator inventarium non conficiens, L. *f.* §. *f. C. arbit. tut.* 138

Tutor † & curator per fraudem ſatiſdare nolens, ita ut removeatur, L. *eum. 2. C de tut. vel. curat. qui ſatis non dat.* 139

Tutor † remotus, quia contra matris defunctæ voluntatem datus ſit, ſi fraudem admiſit, aliàs non, L. *un. C. ſi cont. mat. vol.* 140

Tutor † pupillam ſuam, aut curator adultam cujus curam gerit, uxorem ducens, L. 4 *C. de excuſ tut.* vel filio ſuo in matrimonium collocans, L. 7. *C. de interdict. matrim. inter pupillum & tut. ſeu curat. filióſque eorum.* 141

Tutor † & curator remotus ob dolum, L. *f. C. de ſuſp. tut.* 142

143 Uxor † nubens alij, marito injusto repudio misso, L. *consens.* 8, §. 4. *C. de repudijs.*

144 Uxores duas habens, L. 2. *C de incest. nupt.* L. *eum.* 18. *C. ad* L. *Iul. de adult.* Plures alios vide apud Farinac. *de testibus q.* 56. *art.* 12.

145 Præter † has causas, ob quas quis infamia notatur, videri possent aliæ quoque primo aspectu famosæ esse, quæ tamen non sunt, ut ergo contraria juxta se posita melius elucescant, eas similiter ordine alphabetico enumerabimus.

146 QVÆRITVR † itaque DECIMÒ: quinã infames non fiant, saltem infamiâ juris? Adhoc RESPONDETVR, non paucos esse, qui videri possent infames, & tamen non sunt. v. g.

147 Accusator, qui non probâsse crimen, quod intendit, pronunciatur, si calumniæ damnetur, detrimentum existimationis non patitur, L. 3. *C. de calu-*

148 *mniat.* in carcerem † aut vincula conjectus, L. 1. *C. ex quib. caus. inf.*

149 Contumax † in civili causa, L. 3. *C. de requir reis.*

150 Condemnatus † in duplum, propterea, quod plus debito exegit, neque

enim

enim furti, neq; vi bonorum raptorum, neque peculatus damnatus est, L. 2. C. *ex quib caus. infam. irrog.*

Damnatus † ex crimine, quod publici judicij non est, non fit infamis, nisi ex eodem delicto civiliter, & privato judicio infamis esset, *arg.* L. *cumquis 31. ff. de dolo. Steinhus h. n. 4.* 151

Debitores, † qui bonis cedunt, licet ex ea causa bona eorum, venierint, infames non fiunt, L. *debitores. 11. C. eod.* Nam bonis cedere, etiam boni, calamitate aliqua pressi, quandóque coguntur. Quare hæc causa non simpliciter turpis est, *VVesenbec h. n. 5. circ f* vide quæ scripsi in Patrocinio debit. *decad. 2. q. 6. n 99. 100. q 9. n. 7. & seqq.* 152

Defendentem † publica negotia patriæ suæ neminem infamia sequitur, *L. neminem. 9 C. h. T.* puta quod delator fuit in causa fiscali, *Brederod.* 153

Ducens † vitiatam, v.g. meretricem, an infamis sit, & ad honores admittatur, vel admissus removeri possit? vide Berlichium *p. 2. decis. 299. per tot.* 154

Exercentes † ludicram artem, & spectaculum populo præbentes, si mino- 155

rennes sunt, inviolatam existimationem retinent, L. *si fratres.* 21 *C. h. T.*

156 Exhæredati, à patre, *Gothof. ad L. si cum* 10. *C. de testam. mil. idem ad L.* 13. *ff. h. T.*

157 Exilium † temporale sustinens, non infamatur, *Gothofredus ad L.* 4. *C. h. T.* quamvis alium intellectum patiatur.

158 Filius † abstinens bonis paternis, vel repudians hæreditatem paternam, infamis non est, L. 7. *C. h. T.*

159 Filius † increpitus à patre, infamis quidem non fit, sed apud bonos & graves viros opinio eius oneratur, L. 13. *C. h. T.*

160 Fustigatus † sine justa causa. fustigatio enim non infamat, sed causa, L. *nullam.* 14. *C. h. T.* si ea fuit, quæ infamiam damnato irrogat, L. *ictus.* 22. *§. h. T.*

161 Flagitiosi † & improbi, si hoc ignoretur, juridicè & politicè pro infamibus haberi non possunt, Bachovius *ad VVesenbec. n.* 1. ubi hoc confirmat, dicto Ciceronis dicentis, esse aliquid per se flagitiosum, etiamsi nulla comitetur infamia.

162 Increpitus † à Judice, vel aliquo alio, qui jus admonendi habet, non notatur infamiâ,

infamiâ, quamvis contumeliosis sit verbis oneratus, quia ea res non damnationis, sed castigationis, & admonitionis privatæ speciem habet, *arg. L. ea quæ. 13. L verbum. 17. L. interlocutio. 19. C. h. T. VVesenbec. d. n. 5. in fin.* circa infamiam enim non temere vagandum, neque ex incerto rumore, aut qualibet increpatione etiam viri optimi, facilè alterius famæ est detrahendum, *Bachovius ad VVesenbec. v. 2.*

Interlocutoria ergo de meliore vita ducenda, non infamat, *d. L. 19*, nec alia sine cognitione causæ lata, *d. L. 17*, nec injuriosum verbum à Judice prolatum, *d. L. 17.*

Judex † malè judicans per impruden- 163
tiam, *Gothofredus ad tit. Cod. de pœna jud. qui malè jud.*

Judex, † qui violentiæ crimen non 164
condignè puniverit, *L. servos. 8. §. 2. C. ad* L, *Iul. de vi pub. L. fin. C. eod.*

Mulctatus † infamis non fit, & mulcta 165
damnum famæ non irrogat, *L. mulcta. 1. C. de modo mulctarum.*

Ordine † motus ad tempus elapso tem- 166
pore non est in numero infamium, *L. 3. C. h. T.* Unde Brederodius infert, quòd

pœna

pœna temporalis tempore finito non infamet, per *d. L. 3.* conf. tamen infr. *quæst. 12 per totum.*

167 Restitutus † adversus præsidis annotationem, sive Reversus ad lares suos post indulgentiam Principis frustra veretur, ne ex annotatione Præsidis, quæ jam abolita est, calumniam patiatur, *L. cum indulgentia. 10. C. de sententiam passis.*

168 Sententia † severior aut mitior quando non infamet, *vide in L. 3. L. 4. L 8. C. h. T. L. quid ergo. 13. §. 7. ff. h. T.* Confer *quæst. 13. resp. 2.*

169 Stellionatus † crimen an & quando infamet? videbimus infr. *q. 11. illat. 3.*

170 Stuprum passa † per vim non fit infamis, L. *fœdissimam. 20. c. ad* L. *Jul. de adult.* nec stuprum ancillæ inferens, *L. & si. 25. C. eod.*

171 Testes, † quorum fides & testimonia in judicio reprobantur, infames non fiunt, *L. Lucius. 21 ff. h. T.* ubi Rationem Paulus J. Consultus adducit, quia non oportet ex sententia, sive justa, sive injusta, pro alio habita, alium prægravari; vel aliter secundùm Wesenbec. *h. n. 5. circ. fin.* quia sententia non in testes fer-

tur,

tur, sed super causa principali: Neque vero etiam continuò falsi reus est, cuius testimonium reprobatur, potest enim ob aliam causam reijci, puta, quia non juratus dixit, quia non idoneam causam dicti reddidit, per L. *jurisjur. 8*. L *sola. 3. C. de testib.*

172 Torturam † sive quæstionem passus, si sententia non præcessit, ignominiæ maculam irrogans, *L. nullam. 14. C. h. T.* non enim cruciatus, sed causa facit infamem, per *L. ictus. 22. ff. eod. VVesenbec. d. num. 5.*

173 Tutor † aut curator pauper, qui satisd. dare non potest, si removeatur, *L. 2. C. de tut. vel curat. qui satis non dedit.*

174 Tutor † vel curator ob negligentiam remotus, *L. 9. ff. de suspect. tut. vel curat.* vel remotus, quia contra matris voluntatem tutor datus erat, *L. un. C si contr. matr. voluntatem. tut. dat.*

175 Vitiatam † ducens, vide supr. *D. hac q. 10.*

176 QVÆRITVR † UNDECIMÒ: An infamis irrogetur tantùm propter dolum, an verò etiam propter culpam latam: Hac in re sunt diversæ Doctorum opiniones. Bachovius † *in notis ad VVesenbec.* 177

senbec. h. n. 4. existimat, propter utrumque. Rationem pro se adducit talem: quia in jure nostro passim inter se æquiparantur dolus, & lata culpa, L. *quod Nerva. 32. ff. depositi.* L. 7. *§. 1 ff. de suspect. tut.* adeo quidem, ut etiam in ijs casibus, quibus dolus exigitur sub particula taxativa *duntaxat, solum*, nihilominus non intelligitur exclusa lata culpa, *text. in* L. 1. §. 1. *ff. si mensor fals. mod. dix. L. 1. §. 5. ff. de O. & A. L. 23. ff. de R. I. juncta* L. 1. *C. depositi. L. 3. §. 3. in fin. ff. de precario.*

178 Sed † plerique alij amplectuntur opinionem negativam, quòd videlicet quoad infamiam irrogandam non æquiparetur dolus & lata culpa, *Schneidevvin. ad §. suspectus n. 2. inst. de suspect. tut. gl. in* L. *in actionibus. 5. v. non etiam ob culpam. ff. de in lit jur. VVesenbec. h. n. 4. Steinhus. n. 4.* idque inprimis per textum *in §. 6. inst. de suspect. tut.* ubi dicitur: suspectus autem remotus, si quidem ob dolum, famosus est: si ob culpam non æquè.

179 Quamvis † autem Bachovius putet sub verbo *Dolum* comprehendi latam culpam, cùm vulgata sit regula: quòd sub verbo *culpa* simpliciter prolato, levis culpa

culpa contineatur; tamen alij in sua opinione persistunt, per Rationem: quòd in pœnalibus mitior interpretatio sit facienda, & quòd pœna infamiæ sit satis magna, quæ non debet esse minor viris honestis, quàm pœna corporalis, seu mortis, *L. isti quidem. 8. § 2. ff. quod met. caus. Schneidevvin. loc. cit.*

Ex quo † INFERT Wesenbec. delictum ex lata culpa commissum non lædere existimationem, ut nec illud, quod ex supina ignorantia admissum est, *arg. L. genero. 8. ff. h. T.* aut crasso aliquo errore, per Rationem: quia quælibet etiam injusta causa excusat à dolo, *§. ita tamen inst. de vi bon. rapt. L. igitur. 12. §. & generaliter. ff. de lib. caus.* & à pœnis doli, consequenter etiam ab infamia, juxta regulam: remotâ causâ removetur effectus, *c. cum cessante. ext. de appellat.* 180

INFERT † SECUNDÒ Steinhus. *loc. cit.* quòd multò minus damnatus ob culpam ex his tribus actionibus, mandati, depositi, pro socio incurrat infamiam. 181

Ex † contrario INFERTUR TERTIÒ: quòd perfidia, stellionatus, impostu- 182

ra; &c. infamet, *arg. L. furti. 6. §. f. v. perfidia. ff. h. T. L. quid ergo. 13. §. f. ff. eod.* quia crimina talia sunt, quæ in dolum incidunt, *VVesenbec. d. n. 4.* Quod
183 autem † de stellionatu dictum est, negatur *in L. 2 ff. de crim. stellionat.* id infamare. Ut ergo hi textus inter se concilientur, Steinhusius *n 4.* hic ita sentit; crimen stellionatus, quod publicis judicijs non annumeratur, regulariter non infamare, sed tunc demum, cùm stellionatus crimen objicitur ex ea causa, ex qua cōpeteret actio famosa, *Duar. lib. 1. disput. 42.*

184 Non † multum abludit Cujacius *lib. 10. obs. 26. circa fin.* ubi ait; si concurrat cum hoc crimine civilis actio famosa, erit etiam crimen famosum; si concurrat non famosa, non erit crimen stellionatus famosum, In exemplo; si quis rem uni obligatam alij sciens dolo malo obligaverit, tenetur contraria actione pignoratitia, quæ non est famosa, Ergo nō erit ex ea causa criminalis stellionatus
185 actio famosa. Cōtra † si quis merces, quas mihi debebat ex stipulatu, corruperit dolo malo, & sic tradiderit, tenetur civili actione de dolo, quæ est famosa, erit igitur

igitur etiã hoc casu stellionatus judiciũ famosum, ita ut res omnis facilè dirimi possit concursus differentiâ. Plures alias conciliationes vide apud Nicol. de Passeribus *in Tractatu de conciliat. cunctarum legum f. 78. & seqq.* Jul. Pac. *cent. 2. leg. conciliat. quæst. 27.* hinc

LIMITATUR † & declaratur PRIMÒ, 186
quod de dolo dictum est, ut infamia quidem non irrogetur sine dolo, *VVesenbec. h. n. 4. v. ubi,* non tamen semper dolum sequatur infamia, licet quis etiam damnatus fuerit, *Bachovius ad eundem, l. n. 4.* idque exinde colligit, quòd ex quatuor contractibus, mandati, depositi, pro socio tutelæ, actiones sint famosæ, ita ut damnatus notetur infamiâ, si fuerit in dolo. Cùm igitur nominatim hi contractus fuerint excepti, sequitur, quòd si quis ex alio contractu, v.g. locationis, emptionis, &c. licet ob dolum, damnatus fuerit, infamis non fiat.

LIMITATUR † SECUNDÒ: quòd 187
de dolo dictum est, ut tunc tantùm macula damnato inuratur, quando quis ob propriam fraudem damnatur, non etiam cùm ob alienam: puta si tutorio, ut procuratorio nomine conventus

de alieno dolo condemnetur, *L furti.6. §. 2. h. T.* quia delicta & pœnæ suos debent tenere auctores, *L. sancimus. C. de pœnis. VVesenbec. h. n. 4.*

288 LIMITANT † aliqui TERTIÒ: Quod de culpa dictum est, ut non procedat in casibus, quibus quis ipso jure infamiam incurrit, veluti prodire in scenam, lenocinium exercere, quia in illis lex non respicit, num ex dolo, vel lata culpa quis condemnetur, Zasius *h. n. 5. in fin.* sed semper infamia comitatur. Sed Wesenbec. *d. n. 4.* & Steinhusius *eod n. 4.* putant hanc doctrinam non subsistere, nisi lex aut statutum disertis quoque verbis culpam notet, id est, propter culpam infamiam irroget; cùm edictum, ut quis infamiam incurrat, expressè requirat dolum, cui in criminalibus lata culpa non æquiparatur.

289 QVAERITVR † DVODECIMÒ: Quamdiu duret infamia semel irrogata? Ad hoc RESPONDET Wesenbecius *n. 8. vers. illud quoque,* durare perpetuò, *Dd. per L. palam. 43. §. 4. ff. de ritu nupt.* ubi dicitur: non aboleri turpitudinem, quæ postea intermissa est. Et hæc res non habet difficultatem, cùm pœna perpe-

tua

tua est, aut infamia sine præfinitione temporis fuit aspersa, tunc enim ad omnem vitam durat, nisi fuerit remissa.
An autem † tunc, cùm quis tantùm ad 190
certum tempus punitur, puta ad duos, tres, vel plures annos relegatur, vel ordine movetur, post elapsum tempus infamia adhuc duret? majus dubium est, quia textus juris inter se pugnare videntur, alij enim volunt, infamiam non durare intra tempus sententiâ expressum, L. 3. & 4. *C. h. T.* L. *Imperator. 8. ff. de postulando.* L. 3. L. *ad tempus. 5. ff. de Decurion.* L. *falsi. 13. §. 1. ff. ad* L. *Cornel. de fals.* alij verò videntur velle contrarium, L. *ad tempus. 6. C. h T.* L. *ordine. 15. ff. ad municipal.*

Doctores nostri hos textus variè con- 191
ciliant, Cuiacius † *lib. 7. obs. c. 19.* putat jure, id est, veteribus legibus, ad tempus ordine motũ ex crimine famoso etiam post tempus imfamem manere; constitutionibus verò Principum post tempus labem pudoris elui. Julius † Pacius 192
cent. 2. legum conciliatarum quæst. 20. distinguit inter infamiam, quæ à lege, & eam, quæ à Judice irrogatur, infamia à Iudice imponitur, tamdiu ex

mente ipsius durat, quamdiu, ut duraret, Judex jusserit. Quòd si Judex ad tempus pœnam inflixerit, non potest esse infamia perpetua, quia pœna tempore determinato non debet contra sententiæ fidem ulterius porrigi. Infamiam verò, quam lex irrogat, putat esse perpetuam, nec unquam aboleri. Unde infert; eum, qui de exilio temporali reversus est, non esse infamem, L. 2. C. *de his, qui in exilium dati*. L. 5. *C. h. T.* quod attinet ad infamiam judicialem, quia pœna sententiæ finita est tempore; sed posse esse infamem infamiâ legali, nempe si damnatus sit ex causa inferente perpetuam infamiam. Vel aliter finito exilio temporali non manere infamiam, quocunque crimine aliquis damnatus fuerit, dummodo non sit tale crimen, quòd infamiam legalem secum
163 trahat. Vide † Arnoldum Reyger *in Thesaur. rub. de infamia n. 5.* ubi ita discurrit; infamia ossibus infigitur, Ergo, si lex imponit pœnam temporalem, pro publico crimine, etiam transacto illo tempore, & si pœna finitur, nihilominus condemnatus manet infamis, quia licet pœna sit temporalis; tamen infa-

infamia, quæ ossibus infigitur, remanet perpetua. Infamia enim apud infamem remanet, etiam extinctá causâ infamiæ, Wesenbecius † *h. n. 8.* paulò aliter putat distinguendum, utrum videlicet infamia imponatur ex causa, seu crimine, quod ipso jure infame est, an verò ex causa arbitraria. Ubi crimen *ipso jure* turpitudinem habet annexam, ibi omninò dicendum esse, perpetuò dedecus adhærere, etiamsi pœna tantùm temporalis sit imposita. Per Rationem: quia legis effectus perpetuus est, quæ tantùm considerat delictum, de quo, ubi per sententiam constat, sequitur ex legis ordinatione infamia, quæ non revocatur amplius, ut nec ipsum delictum, cui accedit, cùm factum non possit reddi infectum; Ex quo porro infert: ubi lex delicto maculam annectit, ibi pœnam à Judice etiam cum temporis determinatione expressam nihil impedire, quo minus infamia sit perpetua, per Rationem; quia juris authoritas non est in potestate Judicantium, sicuti facti potestas, L. *suus.* 4. §. *1.* *ff. de hæred. instit,* L. *ordine.* 15. *ff. ad municipal.* ubi dicitur; quòd si Iudex mi-

194

nori pœnæ reum subijciat (intellige sine justa causa) quòd nihilominus inter infames habeatur. At ubi delictum est punitionis arbitrariæ, cui non lex pœnam turpitudinis præstituit, sed Judex, tunc existimat, infamiam vnà cum animadversione durare & extingui, ut si coërcitio sit temporalis, puta exilium quinquennale, infamia quoque eodem tempore duret, ac postea cùm pœna extinguatur, ne accessorium diutius duret, quàm principale.

195 QVÆRITVR † DECIMÒ TERTIÒ: Utrum ergo infamia â Iudice impediri, vel saltem ab aliquo alio possit remitti, aut aboleri? vide *Gregor. Tholos. lib. 31. syntagm. v. 12.*

AD PRIMVM RESPONDETVR PRIMÒ. Infamia, quam lex irrogat, regulariter non potest per sententiam Iudicis tolli, *per d. L. ordine. 15. in pr. ff. ad municipal.* Ratio: qnia pœnæ persecutio non mandatur voluntati Iudicis, qui de facto, non de jure cognoscere debet, sed reservatur auctoritati legis, L. 1. *§. quorum ff. ad Turpil. Pacius. q. 26.* unde non potest Iudex efficere, quin furti damnatum sequatur infamia, L. *non poterit.*

terit. 63. ff. de furt. VVesenbec. h. n. 8. Iul. Pacius d. q. 20. & generaliter loquendo citra justam causam Iudex reum condemnatum ab infamia contra legis dispositionem liberare regulariter non potest, *per dd. LL. VVesenbec. num. f. v. quintus.*

RESPONDETVR † SECVNDO: Etsi Iudex certam legis vindictam, & pœnam ordinariam non possit facere arbitrariam, *dd LL.* potest tamen ex probabili causa, vide Iul. Clar. §, *fin. q. 85. n. 10.* Thom. Mezger *consil. crim. 3. n. 5.* Sigism. Wittum. *consil. crim. 1. num. 6.* Mynsing. *cent. 2. obs. 30.* & pœnam legibus constitutam augere vel minuere, *Iul. Pacius dict. cent. 2. q. 26.* 196

Quòd si † ergo recedat ab ordinaria pœna, & aliquam severiorem reo imponat, quam quæ ex lege debeatur, tunc is ab infamia liberatur, *VVesenbec. n. 9. v. quartus;* quia durioribus pœnis affecti, ignominia quasi transacto negotio liberantur, *d. L. ordine. 15. ff. ad municip.* Exempli † causâ, si eum, qui parte bonorum mulctari debuit, Præses relegaverit, dicendum est, duriori sententia cum eo transactum, de existima- 197 198

tione eius, idcirco non esse infamem, quia pœna gravior ultra legem imposita existimationem conservat, L. *quid ergo. 13. §. pœna. 7. ff. h. T.* & oneratus à Iudice in pœna corporali relevatur in existimatione, *Pac. d. q. 20.*

199 Quod verum † est, si gravior sit pœna in suo genere. Nam si in causa furti nec manifesti Iudex condemnâsset aliquem in quadruplum, reus esset quidem oneratus pœnâ (nam ex furto non manifesto in duplum tantùm conveniri debuit, verùm hæc pœna utpote non genere diversa) existimationem ei non conservat. Sed si in pœna non pecuniaria eum onerâsset, transactum cum eo videretur, *d. §. 6.* vide Besold, *in delibat. h. q. 8.* ubi dicit, non remitti infamiam, si pœna pecuniaria tantùm fuerit aucta, sed si loco illius relegationem, aut aliam

200 corporalem injunxerit. Limitat † secundò: ut necesse sit auctam esse pœnam, non ex sententia legis, ob delicti aliquam nativam, sive cohærentem, & aggravantem aliquam qualitatem, sed ob extrinsecam & adventitiam causam, & eo fine, ut infamia minuatur.

201 Idem † est, si Iudex ob justam causam

&

& certis rationibus motus, pœnam minuerit, tunc enim videtur infamia remissa, vel ſuper infamia tranſactum, *L. & fi. 3. C. h. T.* ut ita ſententiâ, causâ cognitâ, in minori vel majori pœna latâ intelligatur ſuper infamia diſpenſatum, L. *4. c. C eod.* qua de re vide Cuiacium *lib. 20. obſervat. c. 38.* Gregor Tholoſ. *lib. 31. ſyntagm. n. 13.* & Weſenbec. *n. 8. circa fin.* ubi cenſet, etiam in hoc caſu, quando Iudex certam legis pœnam ex probabili cauſa facit arbitrariam, ſi durius plectat, cenſeri diſpenſâſſe cum infamia, quæ aut nulla erit, aut ſaltem temporalis, ſi pœna temporalis fuerit adjecta: quòd ſi levius puniat, cum tempore pœnæ etiam infamiam terminari.

RESPONDETVR † TERTIÒ: Infamiam à Iudice impediri poſſe, dum condemnat, additâ clauſulâ *ſine nota infamiæ*, Gregor. Tholoſ. *n. 12. loc. cit.* Boër. *deciſ. 64 n 10.* Bajard *ad Clar. §. f. q. 72. n. 19.* ſi expreſse in ſententia exiſtimationem reo conſervet, additâ clauſulâ; ſe illud ex juſta cauſa facere, *VVeſenbec. n f. v. quintus.* per Rationem: nam cùm tacitè (interpoſitâ duriore 20
pœnâ)

pœnâ) famæ consulere possit, ut in præced. resp. dictum est, cur expressè idem non possit ex justa causa. Quam-
203 vis † autem Iudex aliàs causam sententiæ inserere non debeat, *c. sicut 16. ext. de sent & re jud.* id tamen putat hoc in casu fieri debere, aut speciatim, aut in genere.

204 RESPONDETUR † QUARTÒ: Judicem per indirectum quandòq; infamiam impedire posse, si videlicet sententiam non ferat. Quod procedit in causis, quibus infamia damnatum sequitur. Nam quando lex ipsa notat factum, & infamia à lege irrogatur, tunc sive Iudex condemnet reum, sive non, semper est infamis, *Iul. Pac. d. q. 20.* ubi exemplum ponit in adultera, quæ infamis est, etiamsi damnata non sit, *L. palam. 43. §. pen. ff. de ritu nupt.* Aliud est in fure, nam fur non est infamis infamiâ juris, nisi sit condemnatus, *L. furti. 6. §. 1. ff. h. T.* quia edictum Prætorium non irrogat infamiam furi, sed furti damnato, *L. 1. ff eod.* Ergo fur delinquens non fit infamis, nisi per sententiam damnetur, & si appellaverit, non fit infamis, nisi à die sententiæ per Iudicem

dicem appellationis pronunciatæ, *d. L. 6. §. 1. Pacius. loc. cit.*

RESPONDETUR † QUINTÒ: Quòd infamia à Principe remitti, atque aboleri, & infamis famæ, & honori restitui possit, *L. 1. §. de qua. 10. ff. de postul. arg. L. solet. 10. ff. h. T. L. fin. C. de general. abolit. L. 1. 3. 4. & fin. C. de sent. poss. & restit. VVesenbec. n. 8. v. nam & si. & n. fin. in fin. h. Oddus. p. 2. de restitut. in integ. q. 92. art. 4.* 205

Quod † tunc contingit, si quem Princeps restituat, secus si tantùm indulgeat, nam Principis indulgentia non infamiam, sed pœnam remittit, *L. f. C. de gen. abolit.* sed 206

Pœna potest tolli, culpa perennis erit,
Lymnæus *de jure pub. lib. 4. c. 8. n. 304.*

Id autem, † quod de Principe dictum, procedit etiam in populo, qui non recognoscit superiorem, *VVesenbec. d. v. nam & si* olim etiam Senatus Rom: poterat, L. 1. §. *pen. ff. de postul.* hodie non, *Oddus n. 83. & seqq.* sicut nec Prætor olim potèrat, *d. §. pen. id. n. 88.* ubi infert, quòd nec hodie possint Rectores & Gubernatores, qui sunt loco Prætorum & Præsidum. Et quamvis † aliqui existiment, 207 208

stiment, restitutionem famæ esse de reservatis Imperatori *Matth. Stephani lib. 2. de jurisd. p. 1. c. 1. memb. 2. n. 223.* Zasius *ad* L. *acta. §. de amplianda n. 6. ff. de re judic.* tamen quibusdam comitibus sacri Palatij hoc reperitur concessum, uti facultas nostra juridica ab Augustissimo Imp. Ferdinando II. felicissimæ memoriæ Comitivam sacri Palatij, & cum ea facultatem restituendæ famæ accepit.

209 RESPONDETUR † SEXTÒ: Quòd Civitates municipales non habeant potestatem restituendi famæ & honoribus adversus infamiam semel irrogatam. Siquidem hoc jus ad solùm Principem pertinet, L. 1. §. *penult. ff. de postulando.* L. 1. *C. de sentent. passis.* L. 1. §. *fin. ibi: Principi eum scribere oportet, ff. de quæstionibus. Anton. Peregrin. de jur. fisc. libr. 1. tit. 2. num. 54. Petr. Heig. p. 2. quæst. 22. num. 21. Sfort. Odd. de restit. in integrum. quæst. 92. art. 9. n. 91. Lancellot. in templo omn. judic. libr. 1. cap. 1. §. 4. in verb. damnatos.*

Quare & inter Regalia refertur, *Vultei. de feud. libro primo. c. 5. num. 7.*

Rosenthal,

Rosenthal. de feud. cap. 5. conclus. 2. num. 4. Sixtin. de Regalib. libr. 1. cap. 2. num. 21.

Ex causa † verò speciali Carolus V. de Anno 1526. post tumultus à rusticis excitatos singulis Magistratibus sub Imperio Romano potestatem dedit, ut subditos suos famæ & honori restituerent. 210

Sollen eine jede Obrigkeit Macht vnd Gwalt haben / ihre Vnderthanen / so sich in Gnad vnd Vngnad begeben / vnd gestrafft worden seynd / nach Gelegenheit / vnd ihrem Gefallen / widerumb in vorigen Stand ihrer Ehren zusetzen / zu qualificieren / vnd geschickt zumachen / Rath vnd Gericht zu besetzen / Kundtschafft zugeben / vnd Ampt zutragen / etc. R. A. zu Speyr de Anno 1526. §. Vnd wiewol der gemaine Mann / etc.

Quòd si † tamen ex statuto locali Universitatis seu Civitatis alicujus fama imminuta est, hoc casu etiam restitutionem honoris per Magistratum illum fieri posse concludunt Interpretes nostri. *Bartol. Bald. Luc. de penna, Alexand. Felin. Chassan. & post eos Anton. Peregrinus de jure fisc. libro primo. titulo 2. num. 54. Henric. Bocer. de Regalibus capite secundo.* 211

secundo numero 115. Plura de hoc; an moderni Principes & Civitates famæ restituere possint, vide apud Oddum art. 9. & 10.

212 Hæc † tamen omnia LIMITA: vt infamia juris ab habente potestatem tolli possit, non infamia facti, *per textum in c.* Euphemium 2. *quæst. 3.* Oddus *loco citato. num. 33. & 34.* Farinacius *libro primo de inquisitione q. 6. n. 45. in f.* nisi quoad effectum, Oddus *n. 46.*

Vide plura de hac remissione & restitutione apud Limnæum *de jur. publ. lib. 4. cap. 8. num. 302.* Besold. *p. 3. consil. 117. per tot.* De verbis autem, & clausulis, quibus intelligitur concessa restitutio famæ, uide apud Oddum, *quæst. 93. per tot.* Limnæum *loc. cit. n. 304.* ubi tradit, etiam factis æquipollentibus famam restitui, uti apud milites, wann man vber einen das Fähnlein schwingt.

213 QVÆRITVR † DECIMÒ QVARTÒ: Quibus modis & cautelis reus ipse infamiam subterfugere possit? Ad hoc RESPONDETVR esse potissimum quinque, quos Steinhusius *h. v. 6.* & Wesenbecius *n. 9.* recenset; item Petrus Gregor. Tholosanus *lib. 31. syntagm. c. 29. n. 12.*

PRIMVS

PRIMVS † est; si reus per Procuratorem in judicio famoso se defendat, tunc enim neque ipse principalis, neq; procurator fit infamis: non procurator, quia non suo, sed alieno nomine fuit condemnatus, *L. furti, 6. §. 2. ff. h. T.* non reus principalis, quia non ipse, sed procurator per sententiam damnatus fuit, *VVesenbec. n. 4. & 9. Steinhus. n. 6.* Sic ergo infamiam effugit, qui alium suo loco supponit, *arg. §. 1. quib. ex causis manum.* quòd autem in actionibus civilibus famosis, puta mandati, depositi, pro socio, tutelæ, &c. procurator intervenire possit, extra controversiam est: an similiter in criminalibus? supra vidimus. 214

SECVNDVS † est, si quis ante sententiam, pœnam, aut jure debitam, aut actione expressam, realiter offerat, *arg. L. si reus. 73. ff. de procurat.* vel adversario accipere nolente apud acta deponat, *arg. L. acceptum. 19. C. de usur. L. obsignatione. 9. C. de solut.* Ratio prioris: quia infamia ex supposito per sententiam irrogatur: sed sententia ferri non potest, ubi reus paratus est solvere, *L. si reus paratus. 73. ff. de procurat.* & reus 215

amplius non eſt, qui pœnam ſolvit, L.7. *in f. ibi: & ita abſolvitur. ff de jure patron. VVeſenbec. n. 5 ff ſi. quis jus dic.* Ratio prioris alia: quia omnia judicia abſolutoria ſunt, §. *fin. inſt. de perpet. & tempor. act.* Ergo ſi reus actori ante ſententiam. id, quod per ſententiam imponi deberet, & poſſet, obtulerit, abſolvendus eſt. præſertim ſi redimendæ vexæ causâ ſolverit, & deſuper proteſtatus fuerit, *Steinhuſ. n. 6.*

216 Ratio † poſterioris: quia oblatio realis cum depoſitione & conſignatione operatur effectum plenæ liberationis,

217 *L. obſignatione 9 C. de ſolut.* Ex quo † infert Weſenbecius, ſi conventus actione furti offerat duplum, aut quadruplum, in quod per ſententiam jure civili erat damnandus: aut conventus actione injuriarum ante ſententiam paratus ſit præſtare æſtimationem injuriæ ab actore petitam, quod infamiam evadat.

218 Sed † contra DICES: in his judicijs non tantùm damnatus, ſed etiam pactus & confeſſus infamis efficitur, *L. 4. §. f. cum L. ſeq. ff. h. T.* atqui non minus pro confeſſo habetur, qui ſolvit, aut damnum civiliter emendat, quàm qui paciſcitur.

Farinac.

Farinac. q. 5. Schneidevvin. pr. inst. quib. mod. toll. oblig. Ergo non minus infamis efficitur: ad hoc † Respondent aliqui, concedendo æquiparationem. Sicuti autem sup. *q. 8. limit. 5.* dictum est, eum, qui super famoso judicio paciscitur, tunc demum infamem fieri, si post litem contestatam paciscatur, secus si ante: ita idem dicunt esse in solutione, ut ante litem contestetam facta, excuset ab infamia, secus si postea offerret, tunc enim videretur solvendo confiteri crimen. Ratio utriusque jam supra fuit indicata: quia quicquid fit ante litem contestatam, hoc videtur extra judicium fieri: sicut ergo confessio extrajudicialis plenè non probat; ita nec pactum, aut solutio, quæ fit ante litem contestatam ad infamiam irrogandam sufficit. 219

Alij aliter respondent & dicunt, ex solutione veram confessionem sumi non posse, sed tantùm qualemqualem suspicionem, uel præsumptionem, adeóque non idem in solutione, quod in pacto statuendum esse, eámque fieri posse etiam post litem contestatam, sufficere enim reum de crimine non esse damna- 220

tum, *Panormit. in c. cum te. ext. de sent.*
221 *& re jud.* Verùm † hæc responsio & opinio neque Wesenbecio placet (propterea quòd hanc præsumptam cofessionem, quæ ex pactione sumitur, lex ad irrogandam infamiam sufficere statuat, *L. 5. ff. h.T.*) neque Bachovio, eò quòd ex solutione fortior nascatur, præsumptio confessionis, quàm ex pactione.

222 Quicquid † tamen sit, pleræque curiæ sequuntur sententiam Panormitani, tanquam æquiorem, ut ipse Wesenbecius testatur, quàm Steinhusius hac ratione colorare nititur: quòd solvens non videatur confiteri, ut velit prò condemnato haberi, sed ut judicium evadat per solutionem. Ergò non poterit esse infamis ex edicto, quia non damnatus, sed absolutus est, *arg. L. si reus. 73. ff. de procur.* quòd tunc facilius procederet, si protestaretur, se offerre non conscientia intentati criminis, sed ad molestias litis evitandas, *idem VVesenbec.*
223 *n. 5. v. ex quo.* Tutius † tamen est consilium Angeli *in L. non poterit. 63. ff. de furt.* & Barthol. Cæpollæ *in caut. 12.* ut reus curet potius per tertiam aliquam perso-

personam pœnam offerri. Nam tunc pro confesso haberi non poterit ex alieno facto, & tamen solutio recipienda erit: quia tertius quisque debitum alterius solvere potest, *L. solvendo. 39. ff. de neg. gest. L. solutione, 23. ff. de solution. L. 53. ff. eod.*

TERTIVS † MODVS evitandi infamiam est, si reus ante sententiam paciscatur, aut transigat, authoritate Judicis impetratâ, *per L. furti. 6, §. 3. v. qui jussu. ff. hoc. T.* & ea, quæ notavimus sup, *q. 8. limit. 4.* 224

QVARTVS † EST, si citra jussum Judicis transigat, adhibitâ protestatione, se id facere, non quòd delictum confiteri intendat, sed quòd à vexatione litis sese redimat, eam enim protestationem excusare volunt Dd. uti Wesenbecius *n. f. h.* agnoscit. Bachovius autem non credit, quòd simplici protestatione, citra jussum Judicis, & invito etiam adversario offerendo, *infamiam* quis evitare possit. Confer notata supra *q. 8 limit. 3.* 225

QVINTVS † MODVS est, si condemnatus à sententia provocet, & pendente appellatione, leuteratione, aut 226

 alio

alio remedio sententiam suspendente, det operam interea, ne subsequatur alia sententia, sed lis pereat per pactum, solutionem, aut alio quovis modo *per L. furti. 6. §. 1. ff. h. T. per L. quicum major. 14. §. accusasse 8. ff. de bonis libert. VVesenb n. f. & v. quin amplius.* Sententia enim non est, quæ per appellationem suspensa est, & pendente appellatione condemnatus non dicitur condemnatus, *L. 2. §. f. ff. de pœnis. d. §. 8.*

227 Licet † autem per huiusmodi cautelas infamia juris damnati non premantur; tamen facti infamiam non evitant, *per L. honori. 2. ff. de obseq à liber. & lib præst.*

228 QVÆRITVR † DECIMÒ QVINTÒ: Quis sit effectus infamiæ, & quid operetur infamia tam juris, quàm facti? Ad hoc RESPONDETVR PRIMÒ: quòd repellat à testimonio, ita ut infamis non possit esse testis, *L. 3. in pr. ff. de testibus. L. Cassius. 2. ff. de senat.* quia infamia enervat omnem fidem, *Baldus in L. 1. n. 5. C de SS. Trinit. VVesenbec. h. n. 8.* quod intelligit de infamia juris, nō facti. Nam infamis infamia facti regulariter à testimonio non removetur, modica tamen fides ei habetur, *c. licet causam. 9. ext. de probat.*

probat. & infamia facti tantùm vim minuit testimonij, ita ut testimonium non sit omni exceptione majus, *post Duar. L. 2. disp. c. 22. VVesenbec. h n. 8.* Ergo † in casibus, quibus requiruntur testes omni exceptione majores, infames infamiâ facti non admittuntur, Bald. *in L. optimum. C. de testam.* sicut nec in probanda ingratitudine feudatarij, vel donatarij, *arg. c. 1, § sancimus. quo tempore miles. in us. feud.* neque in causis criminalibus & arduis, Dd *L. f. C. de probat. VVesenbec n 3 ff. de testibus.* In crimine autem læsæ Majest: quivis etiam læsæ existimationis admittitur; *Socin. reg. testes infames. 495. limit. 1.* Verùm † de hac quæstione: utrum infames ad dicendum testimonium admittantur, tam copiosè agit Farinacius *in tract. de testibus quæst. 56 art. 1. & 2.* ut ei nihil possit addi. Confer, quæ scripsi ad Carolinam criminal, *artic. 66. num. 11.* Menoch. *de arbit. jud. quæst. cas. 474. num. 51. & seqq.* an infamis in testamento possit esse testis? vide *gl. in L. cum lege. & ibi Bart. ff. de test.* & quæ scripsi in Tract. de Testamentis. Tit. de testibus n. 31.

229

230

231 RESPONDETUR † SECUNDÒ: Quòd infames ad honores non admittantur, & ut vulgò loqui solemus, infamibus portæ dignitatũ non pateant, *c. infamibus. 87. de R. I. in 6. L. 2. C. de dignit. L. un. C. de infamib. L. 10. c. inter dilectos. 11. ext. de excess. Prælat.* quòd in tantùm verum est, ut infamia non modò ab obtinenda dignitate, verùm etiam ab obtenta removeat, *L. infamia. 8. C. de Decurion.* & adeò omnem honorem & dignitatem adimit, ut infames muneris alicujus publici non possint esse participes, *VVesenbec. h. n. 8.* ubi

232 Infert, † quòd infames non possint postulare, vel advocare in judicio, *L. 1. §. ait. 8. ff de postuland.* nec accusare, *L. 4. & L. qui accusare. 8 de accusat.* sed denunciare, Jul. Clar. *§ f. inq. 7. n. 2.* vide tamen Damhaud, *prax crim. c. 6. n. 3.* neque assidere, *L. 2. ff. de off. assess.* neque judicare, *L. cùm Prætor. 12. §. non autem. ff. de judic.* neque militare, L. 3. *C. de re mil. l. 12. arg. L. 2. §. ignominia. ff. h. T.* neque Legati, *idem n. 4 ff. de legationib.* nec Decuriones esse, *L. infamia. C. de Decurion. lib. 10. Losæus p. 1. c. 5. de jure universitat. n. 17.* quia Decurionatus

tus

tus habet in se honorem & onus, *id. ibid. num. 24.* vide quid inferat *num. 18.* Munera † tamen privata, & extra judi- 233
ciaria sustinere possunt, v. g. tutelam gerere, *Bart. ad L. 3. ff. de postul.* ne videlicet pœna liberet eos ab oneribus, quæ etiam honesti sufferre coguntur, *arg. L. 3. §. 2. ff. de muneribus.*

Et quamvis Bachovius *ad VVesenbec. n. 8.* putet in officijs voluntarijs id non procedere; contrarium tamen rectè tenet ipse Wesenbecius *d. num. 8.* ut infames & ignominiosi † possint esse ar- 234
bitri, *per text. expressum in L. Pedius. 7. in pr. ff. de recept* quemadmodum & procuratores, §. *f. inst. de except.* ubi vide quæ notavi, confer, quæ scripsit idem Wesenbecius *num. 4. ff. de procurat. & C. eod tit.* ubi distinguit. Hoc † etiam 235
extra controversiam est, quòd spurij (qui tamen aliquâ infamiâ laborant) in penuria meliorum admittantur ad decurionatum, *L. 3. §. spurius. 2. ff. de decurion.* non est enim impedienda dignitas ejus, qui nihil admisit, L. *6. in pr. ff. eod.* præsertim cùm ad reip. emolumentum, non injuriam alterius referatur; *VVesenbec. ibid. vide eund. n. 5. C. de*

236 *magistrat. municipal.* Imò † infamia removet etiam è collegio opificum; non enim recipiuntur, qui sunt infames, vel jam recepti removentur, ex inveterata Germaniæ consuetudine & statutis, qualia ubique vigere videmus, *Math. Stephani de Iurisdict. L. 2. p. 2. c. 8.* Carpzovius *p. 4. Iurisp. Forens. const. 45. definit. 10.* ubi infert; quòd condemnatus ex causa depositi, quòd nempe hoc dolosè interceperit, è collegio opificum, removeri possit,

237 An infames † possint esse notarij? controvertunt Dd. Wesenbecius putat, à Notariatu non excludi turpes, dummodo non sint notati nomine malè gesti officij, non enim potest quis exercere officium, in quo semel deliquit, *L. si aliquid 12. & ib. Bart. C. de susceptorib. & arcarijs lib. 10.* Sed Bachovius in nullo casu eos admittit, cùm in his personis vel maximè fides exigatur, *in not. ad VVesenbec. d. num. 8.* vide Joann. de Platea *in L. infamia. C. de Decurionib. lib. 10.*

238 Respondetur † Tertiò: Si frater neglecto fratre instituat personam turpem, & infamem, tunc is per que-

querelam inofficiosi eum potest repellere, *L. fratres. 27. v. levis notæ macula. C. de inoff. VVesenbec. h. num 8.* nisi ipse quoque turpis & infamis sit, *arg. Nov. 115. c. 3. §. si præter. 10.* vide quæ notavi *ad §. 1. num. 17. inst. de inoff. testam.* & quæ ad longum scripsi in Tractatu de Testam; *tit. de exhæredatione quæst. 20. & 21. per tot.*

Sic ergo infamia quatuor potissimum effectus habet, quòd repellat à dignitate, à testimonio, & querela, & inducat querelam, *Brederodius in repertorio. v. infamiæ.* plures vide apud Greg. Tholosanum *lib. 31. syntagm. c. 29. n 11.*

QVÆRITVR † DECIMÒ SEXTÒ: 239
Quomodo probetur infamia? Ad hoc RESPONDETVR, in genere loquendo infamiam dilucidè & plenè probari debere, Wesenbec. *h. num 7.* (eò quòd æquiparentur causæ vitæ & famæ, L. *justa causa. 9. in pr. ff de manum. vind. d. n. 8*) ex quo infert: probationibus privilegiatis, puta juramento non satis edoceri, d. *num. 7.* RESPONDETVR
† SECVNDÒ: infamiam non aliter 240
probari. quàm si ostendatur factum & causa, unde ea orta sit, & sufficiens

ratio

ratio dicti reddatur, *d. n. 7.* unde sequitur, infamiam juris non aliter probari, quàm si quis ostendatur tale quid commisisse, ob quod jura ipsum notant, ídq; vel testibus, vel ex confessione ipsius rei, vel per instrumentum sententiæ probetur, *vide VVesenbec, h. num. 7. plenius Farinacium tract. de testibus, quæst. 56. num. 15. & seqq. plenißimè Mascardum in tract. de probat. conclus. 896. per tot.*

241 RESPONDETVR † TERTIÒ: Infamia facti probatur tunc, si quis ostendatur tale quid commisisse, ob quod supra sæpius dictum est, ipsum infamiam facti incurrere; vel si testes deponant, se à pluribus, ac majori parte viciniæ, & non uno tempore, neque loco, sed sæpius audivisse, eiusmodi hominem pro improbo & ignominioso reputari Wesenb. *h. n. 7.* ubi addit, nõ esse, necesse ut testes in causa scientiæ concordent, hoc est, ut ab ijsdem audierint, dummodo concordent in principali, dicántque uno ore à pluribus inculpatum esse, vel plerósque de aliquo malè sentire. Confer Farinac. *loc. cit. n. 23.* item in Tract. *de indicijs & tortura. q. 47. n. 302. & seqq.* Mascard. *loc. cit.* An

An infamia † per restitutionem tollatur? vide Nicol. Vigel, *meth. jur. controvers. lib. 1. cap. 11. reg. 59.* 242

De † diffamatoribus, & eorum pœna, vide Carpzovium *Jurisp. Forens. p. 4. constit. 45.* Præterea integrum Tractatum Marquardi Freheri de fama publica. Item de existimatione acquirenda cõservanda & amittenda, & Arnold. Reyger *in repertorio rub. de infamia & infamibus n. 59.* Petrum Gregorium Tholosanum *in syntagmat. jur. lib. 31. cap. 29. per tot.* Nicol. Vigel. *method. jur. controvers. lib. 1. cap. 11. reg. 39. cum seqq.* 243

Omnia † si perdas, famam servare memento 244
Quâ semel amissâ postea nullus eris
Sic dudum placuit vati cantare profano,
Sed melius cecinit, nonne Poëta sacer?
Omnia si perdas, Christum servare memento,
Quo semel amisso, postea nullus eris.

Errata notabiliora.

Fol. 1. lin. 16. loco necdum. lege nudum.
fol. 6. n. 5. lin. 3. lege. in totum.
fol. 14. lin. 9. & post hoc sæpius, loco Dacius lege. Pacius. uti fol. 16.
f. 26. lin. 5. à fine. lege. mercede.
f. 30. lin. 11. leg. danda, f. 36. n. 8. lin. 9. leg. 24. f. 39.

Errata.

f. 39. lin. 6. l. providendum.
f. 43. lin. 13. moribus. lin. 21. mandatum.
f. 49. n. 47. lin. 4. obesse.
f. 51. lin. 7. pro 24. leg. 42. & lin. 11. pro 73. leg. 37.
f. 52. n. 58. lin. 6. pro 26. lege. 76.
f. 59. lin. 5. pro 24. lege. 42.
f. 61. lin. 5. pro hoc. lege. loco.
f. 65. n. 91. lin. 1. lege. procuratione.
f. 67. lin. 2. cujusque. fol. 68. n. 102. lin. 2. justæ.
f. 81. lin. antep. adhiberi
f. 88. lin. 10. relegationem lin. pen. etiam.
f. 90. lin. 7. VVesenb. n. 5. f. 92. lin. 12. VVes. n. 6.
f. 94. lin. 13. concil.
f. 103. n. 186. lin. 5. pro §. 5. lege. §. 1.
f. 107 lin 8. pro 56. lege. 5. 6.
f. 109. n. 205. lege. constituuntur.
f. 129. lin. antep. L. si susp.
f. 132. lin. 1 . lege infra. f 136. lin. 11. pers. nob.
f. 140. n. 276. lin. 4. lege. h. T.
f. 144. lin 1. & 2. lege condict.
f. 146. lin. 13 & 14. convent. exemplum.
f. 163. n. 337. lin. 5. in causæ.
f. 165. n. 3 ¦0. lin. 3. pro §. lege. præs.
f. 170. lin. 10. pro 25. lege. 28.
f. 176. lin. 11. gestor. f. 177. lin. 12. post si. adde §. 1.
f 179. lin. 3. post 54. adde. § fin.
f. 192. n. 49. lin. 12. loc. t. t. lege. Tit.
f 198. lin. antep. artificum.
f. 201. lin. 6. pro n. 9. lege 1.
f. 203. n. 17. lin. 3. proprie.
f. 204. n. 21. lege. divendendis præficitur. & lin. antep. d. L. 1.
f. 208. n. 31. in f. pro concluditur. excluduntur.
f. 212. lin. 10. & 11. dele ff. de jud.

f. 214.

Errata.

f. 214. lin. 3. lege. publica.
f. 216. lin. antep. lege. pro 5. 25.
f. 218. lin. 16. L. 10. & lin. 17. non alt.
f. 247. lin. 7. pro litem. lege. libero.
f. 271. lin. antep. lege. practic.
f. 280. lin. 2. post verisimilis est. adde. aliquem ab initio non alijs se voluisse negotijs immiscere, quam quæ postea gerere visus est.
f. 283. lin. antep. pro parvulg. leg. Proculus.
f. 290. lin 16. lege. præstitit.
f. 292. lin. 4. L. si servi.
f. 297. lin. 4. L. cum. pater. f. 298. lin. 3. pactus.
f 302. lin. 3. pro inepto lege. incepto.
f. 319. in. pr. lege. infamia.
f. 320 n. 6. lin. 2. lege. est læsæ.
f. 321. n. 8. lin. 2. pro qua. quam.
f. 328. n 23. lin. 10. pro cùm. lege. cur.
f. 329. lin. pro ut. leg. &. f. 336. lin. 9. pro ff. pone §.
f. 338. lin. 6. leg. præsumitur.
f. 339. lin. 5. lege. convicto.
f. 341. lin. pen. leg. ubi rationes. f. 351. lin. 3. d. L. 1.
f. 357. post n. 108. adde Damnatus judicio publico. L. infamem ff. de pub. judic. & n. 112. lin. 4. usurarum. lin. 5. d. T. L. 26.
f. 365. n. 164. dele omnes tres lineas per incuriam hoc loco positas.
f. 367. n. 175. lin. 2. infamia.
f. 373 lin. ult. leg quæ à judice.
f. 374. lin. 5. lege. determinata & n. 193. lin. 2. pro 5 leg. 57.
f. 377. n. 198. lin. 1. leg. si eum.
f. 382. lin. 1. leg. famæ.
f. 384. lin. 21. pro 46. leg. 36.

Reliqua minutiora benevolus Lector ipsemet ex sensu colliget, & corriget.